I. N. J.

DE

FIDE INFANTIUM BAPTIZATORUM EXERCITATIO.

Ubi ſententia Orthodoxa explicatur, confirmatur, ac ab exceptionibus modernorum Adverſariorum

Inprimis

MARTINI BECANI, Jeſuitæ,
D. ADOLPHI GODEFRIDI VOLUSII,
D. SAMUELIS MARESII,
D. GISBERTI VOETII,
D. JOHANNIS BERGII,

Modeſtè vindicatur:

AUTORE

CHRISTIANO NIFANIO, Dithmarſo, SS. Theol. LICENTIATO, Eccleſiarum Iſenbergenſium PRÆPOSITO, Gymnaſii Waldeccenſis RECTORE, ac reliquarum Scholarum INSPECTORE.

GIESSÆ HASSORUM,

Typis JOSEPHI DIETERICI HAMPELII, Acad. Typogr. Ordinarii. An. 1662.

2

15

VIRO

Plur. Reverendo, Ampliss. Clariss.

DN. M. JOHANNI NIFANIO,

THEOLOGO eximio, Sereniss. ac Potentissimi Regis Daniæ, Norwegiæ, &c.&c. CHRISTIANI IV. gloriosissimæ memoriæ CONCIONATORI, quondam Aulico ac Castrensi, jam verò Capituli Slesvicensis CANTORI ac CANONICO, Consistorii Meltorfiensis ADSESSORI, nec non Marnensium PASTORI primario, PARENTI suo optimo,

Salutem omnigenam in DN. JESU

precatur

FILIUS!

ITa videbar, HONORATISSIME DN. PARENS, me Tibi debere. Non quidem ut magnos illos sumptus, quos in me per XX. ferè annos effudisti liberaliter, exsolverem; Sed ut studiorum meorum rationem Tibi maximè redderem, meamq; debitam observantiam secundâ hac disputationis meæ inauguralis editione, quam *Typographus* desiderabat, demonstrarem. Vulgus *Pluti* miratur *divitias* ac adorat, & ad has in hoc rerum humanarum fluxu & refluxu tantum calet ac callet. Tu mihi *illam suppellectilem* comparasti, quæ supra omnem inconstantiæ aleam est posita, atq; *nudum, naufragum, exulem, spoliatum* in pace ac bello, imo ubiq; terrarum, vel ad extremos comitatur *Garamantas*, ac juvat. Accipe peto, DILECTE PARENS, hocce munus chartaceum, quia reverentiæ intimioris luculentior tessera in præsenti non suppetit, hilari animo, animumq́; meum observantem ac gratum exinde cognosce. DEUS senectam Tuam vegetet, gratia multiplici ditet, annisq́; pluribus Ecclesiæ bono locupletet. Dabam Corbachi I. Cal. Jan. Anno recuperatæ gratiæ, M. DC. LXII.



א״ה

STatuisse Gentiles *mundum & universalia* solum Divinâ providentiâ regi & foveri, non autem *particularia vel singularia*, tradit *Iustinus* dial. cum Tryph. pag. 168. *Quidam*, ait, *Philosophi cupiunt nobis persuadere, universitatis quidem hujus, ac generum specierumq; ipsarum curam gerere DEUM, mei autem atq; tui, & unius cujusq; sigillatim non itidem.* Quorundam hanc sententiam fuisse docet *Augustinus* lib. V. de Gen. ad lit. Tom. III. cap. XXI. p. 204. edit. Colon. ann. 616. *Sunt qui putaverunt sublimes quidem mundi partes divina providentia gubernari. Hanc autem imam partem terræ aeris vicinioris, in qua venti, nubesq; consurgunt, casibus potius & fortuitis motibus agitari.* Hisce *Clem. Alexandrinus, Ambrosius & Nemesius* adjungunt *Aristotelem*, quod in libro de mundo tale quid reperiatur: Quamvis alii eum rectius de *providentia divina* sensisse, existiment. Sed *Dei providentiam* sese porrigere ad *omnia etiam singularia & vilissima quaq;*, alibi ostenditur. Inprimis de rebus humanis peculiari-

cullariter nos instruit S.codex, quod Deus pròpriam hominum curam gerat, non tantû *Adultorum*, sed & *Infantium*. Id in præsens quoq; docet mater *Ecclesia*, dum dignitate parvulorum ac curam, quam *S. Angeli* de illis sumunt, celebrat. *I*nde dicuntur *Angeli puerorum*, quia illos in utero à primis incunabulis & ephoebis custodiunt, protegunt, conservant & reducunt in omnibus viis suis. *Diabolus enim, ait B. Lutherus* conc3. de Angel. Tom V. *Ien*.fol. 342. *juratus omnium infantium hostis est, nec quicquam fert iniquius, quā si incolumes illos in lucem edi, crescere & prosperare conspicit, ideo quoq; varias insidias ac technas excogitat, quibus prægnantes implicet, cædes, homicidia, mala quamplurima alia excitet* Conf. Exod. II.3.4.5. Iob. X.8. Psal. XXII.10. LXXII.17. Quia verò varia de illis moveri possunt, id tantum impræsentiarum, quod caput causæ est, persequar; nempe FIDEM illorum considerabo, eandemq; contra varias *Adversariorum* cohortes, auxiliante Divina gratiâ, asseram atq; vindicabo.

§.I. FIDEM INFANTIUM dum frontispicium exercitationis constitui, *terminos* primum ipsos delibare, operæ erit pretium, à quibus haud rarò in *perceptionem rerum ipsarum* provehimur. Et quidem circa INFANTIUM nomen observamus, illos non unius ejusdemq; conditionis & respectus esse. Quidam enim *extra Ecclesiæ*, alii *intra ejusdem pomæria* nascuntur. *Hos* non *illos* intelligimus, quippe Ecclesiæ non judicandos

fe-

sed soli Deo committendos 1. Cor.v. 12.13. Atq; huc facit discrimen Apostolicum inter *sanctos & immũdos* I.Cor.vii.14. inter eos, qui *intus sunt*, & *qui foras* I Cor,v.12. vel inter *filios pacti & exteros* Act.iii.25. Etenim certũ est, illos ex æquo in uno eodemq; statu cum his, qui intra *castra Israelis* à Christianis Parentibus sunt nati, minimè esse constituendos. Publicæ luci quidem exposuit anno 1626. *quidam de Silhon* tractatum quendam (cum approbatione *Doctorum Parisiensium*, qui insuper monent *se non carptim cursimve, sed mature ac studiosè perlegisse, nihil reperisse in illo fidei Catholicæ non conforme, imo sponte seipsos ad reddendam rationem cuivis poscenti offerunt*) hoc titulo, *Veritates duæ*, in quo dictus autor p.441. audacter edisserit, *fidelium & infidelium liberos sine baptismo morientes eundem occupare locum, qui sit vitæ status expers dolorum, quibus hæc vita obnoxia, econtra eum omnibus bonis & commodis supra ea, quæ hic habentur, abundare.* Verum quia autor ille inveteratas ac jamdudum refutatas Pelagianas hypotheses præsupponit, *hominem* scil. *in Adamo nihil amisisse, quod ad naturalẽ constitutionem pertinet, maculam originalem infelicitati posse deputari, non culpæ*; facilè apparet, quid de tota libelli istius structura sit sentiendum. Præterea infideles isti nec verbum Dei habent, ejusq; beneficia, quæ Deus justissimus ob contemtum majorum *de jure* ipsis iterum subtraxit, nec tenetur, quia nullibi promisit, subtracta re-

 stitue-

ſtituere, ut hoc modo verbi ſui rejectionem etiã in poſteris vindicet, qui culpæ majorũ poenam tamdiù ſuſtinere coguntur, usque dùm eorum malitiam ex animo deteſtantur. *Remonſtrantes* quidem gratiam hanc *ex naturali æquitate* deducere laborant, ac ſi Deus *teneretur hominem lapſũ vocare ad fidem, eique vires ſufficiẽtes conferre.* Ita enim decernunt defens. art. 4. Act. Synod. part. 3. p. 106. *Dicimus Deum ex æquitate teneri iis omnibus, à quibus poſt lapsum denuo obedientiam ſub nova conditione & pacto exigit, quosq; ob eam non præſtitam graviore poena afficere vult, vires ad requiſitam obedientiam præſtandas, & poenam denunciatam effugiẽdam neceſſarias, vel actu conferre, vel paratum ſaltim eſſe conferre à ſua parte, ita, ut quod eæ ipſis non concedantur actu, non per ipſum, ſed per homines ſtet.* Pluribus eandem æquitatem defendunt in apolog. cap. XVIII. p. 162, 132. necnon *Ioh. Arnold. Corvinus* Eccleſiaſtes primum Leidenſis, poſtmodum Iuris Doctor & *Advocatus* contra *Dan. Tilen.* c. VII. p. 262. & in mala encheires. *Molinæi* cap. IV. p. 65. Sed Deus nullius debitor eſt, ut teneatur ipſi aliquid dare Rom. XI. 35. Homo ob apoſtaſiam & legis trangreſſionem tenore juſtitiæ Divinæ morti æternæ erat mancipandus. Fatemur quidem veritatem promiſſionum Deum obligare II Tim. II. 13. Rom. III. 3. Pſal. XXVII. 8. *æquitatis* tamen leges Deo figere *ex natura juſtitiæ diſtributivæ* inter homines, per quã teneatur, ut omnes ſuamet voluntate in *Adamo*

mo lapsos restituat, iniquum est. Ecquis enim *Magistratus* tenetur mulctā restituere aut vitam ei, cui jure eam abstulit. Conf. Matth. xxv. 28. Rom. xi. 35. Quod ad fidem vocemur & viribus necessarijs instruamur, Scriptura S. ponit *in gratia Dei infinita, in merito Christi pretiosissimo, ejusdemq; virtute* Rom. v. 8. Ubi autem gratia, ibi debitum habere non potest locum Rom. iv. 4. 5. Quid? quod & donationes aliquibus in casibus rescindi queant? quo pertinet totus titulus *Codicis de revocandis donationibus* lib. vii. Tit. LVI. quemadmodum hæc pluribus deduxi in disputatione singulari *de vocatione gentilium in V. T. ad regnum coelorum* Rostochij anno 1655. publicè habita.

§. 2. Deinde quidam Infantes considerantur, vel quatenus *sunt in statu iræ* & baptisandi, vel quatenus *jam sunt per baptismum in statum gratiæ* translati, & fœderi divino inserti. *Hos*, non *illos* intendimus, ut ita injuria nobis fiat, quando nonnulli scribunt: *Nos Infantibus etiam ante Baptismum fidem adscribere*; quæ Weigelianorum *aliorumq;* potius mens est. vid. §. ult. Etenim toto pectore negamus, Infantes *ordinariè* ante initiationis sacrum veram & salvificam fidem ex utero materno secum in mundum apportare, ac sanctos sive fideles nasci, quemadmodum docent *Calvinus, Beza, Zwinglius, Martyr, Zanchius, Tremellius, Pareus, Musculus, Polanus, Pierius, Bucanus, Massonius Alstedius, Wetzelius,* Eilshelm.

gilshem. *Appelius* apud D. *Theologos Darmstattinos* in fundam. deduct. cap. VII. p. 470. 599 seqq. *D. Sigward.* admon. Christ. de Iren. *Parei* lib. 3. art. 9. p. 491. *D. Gerhard.* Tom. IV. de Bapt. §. 22. Excipiunt, quidem sanctitatem, quæ ab ipsis adscribitur fidelium infantibus ante Baptismum, non esse *habitualem, aut inhærentem*, sed *imputativam* per quam vi foederis & promissionis divinæ reipsa censeantur & referantur inter Electos Dei, ut Disp. IX. apol. contra defens. *Metz.* th. 53. 58. declarat *Ludov. Crocius*, & repetit *Ioh. Crocius*, comment. de A. C. societate c. 51. pag. 707 Reipsa tamen credunt cum *Calvino*, infantes *à Deo adoptari antequã nascãtur* lib. 4. instit. cap. 15. sect. 20. *filios Dei esse antequam baptizentur* L. c. sect. 22. *hæreditatis jure in foedere contineri* cap. 16. sect. 24. cum *P. Martyre* comm. in 1 Cor. VII. 14. *Spiritum S. & gratiam Christi habere ante Baptismum.* Similia proponunt publicæ Reformatarum Ecclesiarum confessiones. Produco hic Synodicos Dordracenos, *Magnos illos, claros & honestos viros universam verè Reformatorum Ecclesiam repræsentantes*, Synod. Dordr, sess. 29 quiq; *extra Reformatam Ecclesiam nullum alibi corpus Ecclesiæ agnoscunt* sess. 38. pag. 180. & *quorum prudentiæ Belgij salutem, ac secutam exinde florentem hostibusq; formidatam potentiam secundum Deum deberi* apud *Honorium Regium*, sive ἀναγράμματι θέντα *Georgium Hornium* de statu Ecclesiarum in Britan. pag. 126. sub finẽ tract. Ita vero acta *Synod*

Dordrac.

Dordrac. pag.344. edit. Hanov. *Liberi fidelium sunt sancti, non quidem naturâ, sed beneficio fœderis gratuiti in quo illi cum Parentibus comprehenduntur.* Et part.2. pag 31. *Infantes fœderatorū Deo per Christum ac vere fidelium etiam electos esse, piè credimus; si ante usum rationis moriantur, ex formula foederis;* Ego sum Deus tuus & seminis tui; *Sin vero ad usum rationis pertingant, solos eos electos esse agnoscimus, qui credunt in Christum, quippe hi soli secundum Evangelium servantur.* Syntagma *Confessionum* pro publico scripto & confessione Ecclesiarum Reformatarum agnoscunt *Reformati* ac cumprimis *Joh. Bergius, Lud. Crocius, Johan. Duraus, Massonius* &c. in quo *Confessio Palatina* ita docet. *Si ergo regnum cœlorum est parvulorum, id quod extra omnem positum est controversiam, quid est quod dubitemus, quin etiam ipsi in foedere illo, quod Deus cum sancto Abrahamo omnium fidelium Patre pepigit, includantur & comprehendantur.* Ita *Confessio Anglicana: A baptismo neminem, qui velit profiteri nomen Christi ne infantes quidem Christianorum hominum, quoniam nascuntur in peccato & pertinent ad populum Dei, arcendos esse.* Ita *Confessio Helvetica: Nascimur omnes in peccatorum sordibus, & sumus filij iræ; Deus autem purgat nos à peccatis gratuito per sanguinem filij sui &c: obsignantur hæc omnia in baptismo &c:* Ita *Catechesis Heidelbergensis* (quæ ab Ecclesijs Reformatis plerisq; omnibus in *Synodo Dordracena* recepta sess. 148. omniumque tam

exterorum, quam Belgicorum Theologorum suffragijs comprabata fuit pag. 433. in act. Synod.) quærit quæst. 47. sol man auch die jungen Kinder tauffen! ja; dan dieweil sie so wol/als die alten/ in den bund Gottes vnd seiner gemeine gehören/vnd ihnen in dē Bluth Christi die Erlösung von sünden/vnd der H. Geist (welcher den glauben würcket) nicht weniger/ dann den alten zugesaget wird: so sollen sie auch durch die tauffe als des Bundszeichen der Christlichen Kirchen eingeleibet/vnd von der vnglaubigen Kinder unterschieden werden Conf. *Masson.* anat. univ part. 3. cap. XI, p. 277. seqq. Verùm huic sententiæ minimè subscribimus, cùm nobis potius verè contradictoria sint: Omnes homines naturâ sunt Filij iræ & nascuntur in peccatis: quidam homines (utpote liberi fidelium) naturâ sunt sub gratiâ ac à prima nativitate sancti. Instat quidem *Chamierus* Panstr. cath. Tō IV. lib. V. cap. X. §. XL. *n. esse contradictoria, nasci filios iræ, obnoxiosque peccato originali, & esse Sanctos atq; Filios Dei: nempe quia alterum naturæ sit, alterum gratiæ. Qui sunt Filij iræ illi non sunt propterea non Filij Dei, nimirum accedente gratia, quæ naturalem illam condemnationem tollat.* Similiter *Pareus, Pierius, Bucanus Crocius* alijque distingvunt, quod *progenerentur filij iræ secundum naturam, sed nascantur Christiani s. cives Ecclesiæ secundum gratiam.* Atque ita existimant se facilè elidere posse objectionem *ab absurdo* desumptam, quòd, stante hac hypothesi, infantes negarentur habere peccatū originis. *Nec Calvinus*, ait, *D. Maresius* tom. I.

theol.

Th.Elencht.p. 498. *nec Martyr, nec Bucanus, nec Beza, nec quisquam è Reformatis talequid*(qui peccatum originis negarent) *somniavit. Hoc quidem docuerunt sanctos censeri liberos fidelium sanctitate externa & foederali, vi promissionis divinæ* Gen.XVII.7.Act.II.39.*non tamen insita & originali, quæ dicat carentiam illius labis communis cui omnes sunt obnoxij.S*ubjungit:*sicut sanctitate foederali sancti sunt liberi fidelium ab utero jure natalium suorum; ita non incommodè censeri possunt ex judicio saltem charitatis, donati interna sanctificatione, non insita & originali, sed adventitia per Spiritum S.* Conf.TOM. II.pag. 541.557. Verum sunt & manent status iræ & status gratiæ *contradictoriè* oppositi. Omnes homines, antequam regenerantur, *ordinariè* à nativitate sub reatu iræ divinæ sunt. E. nulli sub gratia divinâ, prius quam medijs divinitus institutis regenerentur, quia qui sunt filij iræ & sub statu iræ, illi tum non possunt esse filij Dei & sub gratia. Nec conciliari possunt ea distinctione, quia manet *subjectum idem, idemque tempus* intelligitur, quod si est sub ira, eo tempore, quo sub ira est, certè non est sub gratia. Urget quidem *Maresius* C.L., *suos Dd. contra Anabaptistas pertendere infantes esse admittendos ad sacrum Baptismum, quod est signum foederis, eo quod jure natalium suorum res signata ad ipsos pertineat*: quamdiu tamen communem illam hypohesin de *foederali illa Christiana sobolis sanctitate* retinet, tamdiù negat peccatum originale

ginale inliberis fidelium (*Electis* nempe) Quando enim cum Socijs concedit liberos hosce, utut sunt foederati Deo, tamen cum peccato originali nasci, intelligit illud nasci cùm peccato originali tantum de *habitu peccati*, non verò *de reatu simul*, ut ita nasci cum peccato Originali & nasci Christianum non pugnent, quemadmodum hoc mysterium produnt *Pareus* part. 1. expl. Catech. p. 50. obj. 4. 5. *Hër. Altingius* in exeg. A. C. artic. 11. p. 19. Unde D. *Gisbertus Voetius* part. 2. dispp. select. pag. 410, dicit. *communem hanc Reformatorum Doctorum esse sententiam, quæ gratiam & regenerationem tribuit omnibus & singulis infantibus fœderatis, sed electis; sive illi in infantia baptizentur, aut non baptizentur, sive in infantia moriantur, s. ab ineunte ætate in fide educentur, & vitam fidei continuo vivant, s. ante obitum actuali conversione ad fidem & resipiscentiam denuo adducantur.* Et licet *fortè durinsculum videatur electos externè fœderatos, s. in fœdere natos omnes & singulos in infantia s. ab utero matris esse internè fœderatos, sanctos & regenitos, si extendamus etiam ad illos qui sine actuali fide & resipiscentia s. in externa Ecclesiæ communione s. extra eam persistunt usq; ad 30. aut 50, aut 70. ætatis annum, imo usq; sub finem vitæ. Tamen affirmandum esse* dicit. Deinde de *sanctitate illa* unicè judicandum ex Scriptura S, quæ testatur nō *generationem*, sed *regenerationē* facere Filios Dei Ioh. 1. 12. 13. III. 5. Rom. IX. 8. Huc facit illud *Tertulliani* in Apol. c. 17. quod

quod repetit *Hieronymus* in epist. ad Læt. *Fiũt nō nascuntur Christiani*, nec non *Augustini* lib. 1. de nupt. & concup. c. 17 *de justis & legitimis nuptiis Filiorum Dei, non Filii Dei, sed Filii hujus seculi generantur*. Falsum ergo: *Infantes* in *Ecclesia nasci Christianos & cives Ecclesiæ*; cum demum in baptismo *nascantur ex Deo* Joh. III. 5. & *per fidem sint Filij Dei* Gal. III. 29. *Sine qua Deo placere impossibile* Ebr. XI. 6. qua sola *Christum recipimus & potestatem accipimus ut fiamus Filij Dei* Ioh. I. 12. quâ sola *pacem habemus ad Deum & accessum in gratiam* Rom. V. 12 Vnde *à parte nostra* salutatur medium ληπτικὸν per quod *adoptionem impetramus & Filij Dei evadimus* Gal. III. 26. quia illi, *qui ex fide sunt tantum sunt filij Abrahæ* Gal. III. 7. 8. 9. Rom. IX. 6. 7. 8. Hanc autem fidem nemo *ordinariè* accipit, nisi per Sacramentorum usum & verbi auditum eam accipiat. Denique licet Christianorum liberi guadeant *sanctitate Ecclesiastica & externa*, prout privilegium adeundi Ecclesiam ad impetrandum baptismum habent: destituuntur tamen *sanctitate spirituali & interna*, qua actu quis fruitur beneficijs; atq; ita in gratia Dei & fœdere cum Deo non sunt ante baptismum, quantùm *ad actum*, quia fide destituuntur, quæ ad stipulationem cum Deo requiritur, ac sine interiori cordis non est, quum *fide corda purificentur* Act. XV. 11. ac semper *operosa atque efficax est per charitatem* Gal. V. 6. Habent *jus ad rem*, ut ICTI loquuntur, ad fœderis hæreditatem consequendam, sed *non in re-*

ut actu contineantur in fœdere Dei, sint in gratia Dei, adeoque Filij Dei sint ante baptismum & hæredes vitæ æternæ.

§.3. Circa FIDEI vocem notamus illam ἐκ τῶν πολλαχῶς λεγομένω esse, ac in Scripturis variè accipi. Hoc loco non notat 1. *veritatem & constantiam* in servandis promissis Rom. III.3. psal. XXXIII.4. LXXXVI.15. Non 2. *fidelitatem in officio &* munere rectè obeundo Tit. II.10. Non 3. *præstationem* promissorum Gal. III. 25. Nec 4. *doctrinam Evangelicam* Rom. I. 5. III. 30. XII. 6. Gal. VI. 10. Eph. I. 5. Nec 5. *nudam fidei professionem* Iac. II. 14. Nec 6. *constantiam* in religione Rom. I. 8. I. Thess. I. 8. III. 9. Nec 7. *totum* vitæ & pietatis *cursum* II. Cor. I. 24. Nec 8. *fidem miraculosam* Matth. XVII. 20, 21. Marc. XI. 12. I. Cor. XIII. 2. Nec. 9. *Iustitiam* Psal. CXIX. 75. Nec 10. *promissionum impletionem* Gal. IV. 25. Nec 11. *obedientiam vel observantiam præceptorum Dei*, quam fidei *formam* esse contendunt *Socinus* tract. de fid. & oper. pag. 60. 123. lib. suasor. p. 22. *Smaltius*, *Volckelius*, *Ostorodus*, *Crellius*, *Stegman*, quos, ut solent, sequuntur *Arminiani* in apol. cap. X. fol. III. Nec. 12. *fidem informem*, monstrum illud informe, vel *formatam*, unicè à *Papistis* extra *S*cripturam S. formatam, quemadmodum eandem defendunt *Bellarmin.* lib. 2, c. 4. de justif. *Altenstaig* voc. Fides inform. *Perers* in cap. XV. Genes *Crysost. Iavell*, *T*om. II. oper. fol. 393. 394. *Estius* in III. d. 23. quam etiam nonnulli *Socinianorum* ab ijsdem mutuantur

vid.

vid. *Joh. Peltum* in harm. Remonst. & Socin. p. 156. §. 6. Nec 13. *fidem infusam*, quam alias intricatè declarant. *Scotus* III. *Sent.* dist. 23. duplicem tradit modum, quo exponi possit. De priori ita loquit. *Fides infusa similis est in aliquo fidei acquisita, imo in multis. Nam sicut fides acquisita assentit vel credit dicto alicujus: quia credit veracitati asserentis, illud esse verum: Sic fides infusa assentit alicui revelato, quia credit Deo vel veracitati Dei, asserentis illud. Et quia quod Deus asserit, supernaturaliter revelat:, ideo fides assentiens tali revelato, quia assentit veracitati revelantis est habitus supernaturalis: revelat autem credibilia, quando infundit habitũ. Et hoc modo dicẽdo fides non habet certitudinem ex objecto, sed ex veracitate testis, scilicet Dei.* Ad alterum vero modum ostendendum idem præsupponit *credibilia* h. e. fidei dogmata à viatoribus nunquam cognosci evidenter, nec esse ijs evidentia ex terminis, sed *posita tota actione intellectus agentis & phantasmatum adhuc manere nobis ignota & neutra*, ita ut vera an falsa sint ex naturali lumine haud constet. Quo supposito dicit, ad assensum fidei in intellectu eliciendum requiri *agens supernaturale, supplens vicem objecti, quod Deus est, infundens habitum*, quo intellectus ad assentiendum articulis fidei inclinatur & quidem immediatè. *Scotum* sequuntur *Guilielmus Occam* III. sent. quæst. VII, a. III. *Gabriel Biel* c. I. q. 2. *Marsilius* c. I. q. XIV. ar. I. part. I. Verùm in *Scriptura* de *fide infusa* nihil

extat,

extat. Loca, quæ *Balth. Hagerus* in collat. A. C. cum Conc. *T*rid. adducit, vindicat noster *Dn. D. Hülsemann.* in manual. *A*C. disp. IV. p. 136. Interim si per *fidem infusam* intelligerent illam fidem, quæ in infantibus mediante Baptismo accenditur, fortè nullam hæc res, judice *D. Gerhardo* LL. cc. de justif. §. 115. difficultatem haberet. Quia tamen S. Scriptura hoc loquendi genere non utitur, nos merito cum *D. Gerhardo* ab eodem abstinemus, inprimis ob falsam, quam per hanc distinctionem supponunt hypothesin. *S*ed 13. *fidem justificantem*, quatenus Christum ejusque meritum fiducialiter apprehendit, quæ tres partes sive *gradus & actus* quorum semper unus, usitatâ Scripturæ synechdoche, cæteras partes includit. *Dices*: Ita fides duplex, imo multiplex erit, diversitate *actuum* variorum. R. una fides est, omnibus puta *relativè* considerata respectu *objecti justifici* Eph. IV. 5. quæ tamen ratione *adjunctorum & circumstantiarum* distingui potest. Habet effectus plurimos, sed ab horũ principali effectu (qui est justificare) justificans dicitur. Ita anima dicitur ratiõalis *nõ in sensu exclusivo*, ac si τὸ rationale solum animæ inesset, atque alijs facultatibus careret, sed quod illa δύναμις λογικὴ principalis sit, una tamen anima est, quod notandum contra *Becanum* lib. I. man. c. XVI. quæst. 6. nec non *Maldonatum* in Matth. IX. Primus gradus NOTITIA est Job. XIX. 25. Esa. LIII. 11. Luc. I. 77. quæ non est *incerta quadam notitia opinativa*, aut

etiam

etiam *certa demonstrativa*, neque tantum est gratiæ *extrinsecus* hominem ad historicam quandam notitiam rerum revelatarum *perducentis*; Sed est *divinæ illuminationis notitia*, qua quis sensum divinum & salutarem, I.Cor.II.16.obtinet. Quanquam autem fides non sit notitia *ex principiis humanæ rationis* deducta, vel illis *superstructa*, de qua Apostolus I. Cor.II. 13. III.19. II. Cor. I.12.ex eo tamen, quod fides nullo modo notitia sit, inferri nequit. *Bellarminus*, quidem statuit quod fides *propriè loquendo non sit notitia* lib.1.de Justif..cap.IV.p 205. lit.6. c.VII.p.207. lit.E.edit. Colon. & quod *melius per ignorantiam, quam per notitiam definiatur* ibid. p.208.cum tamen idem *Iesuita* lib.1.de Bapt.cap. XI. Tom.III.p.71. lit. B.infantibus idem *fidem actualem* deroget, quod *distantiam boni & mali non cognoscant* h.e.quod in illis (ut ipse vult) non sit cognitio. Ideo etiam, *fidem implicitam* propugnant *Adversarii*, fidem scil. *Carbonarii*, cujus exemplum *Laicis præsertim & mulierculis ad imitandum proponitur, qui interrogatus quid crederet? respondit se credere, quod credit Ecclesia: & Ecclesiam itidem credere, quod ipse crederet, atq; ita hoc circulo totam fidei suæ confessionem conclusit*, ut refert *Claud.Espens* in II. Tim.III, ubi testes hujus historiæ allegat *Erasmum* lib. de præp. ad mort. *Piggium* lib. 1. hierarch. Eccles.cap.5. *Hosium* in cons.proleg. Brentii.

§. 4. Post veteres Papistas *de fide implicita* ita docet Vitus *Erbermannus* Jes.in Jren.cap.1.pag.12. *Plerumq; quos simplicitas in credendo tutos facit, unà cum*

Symbolo credere se profitentur omnia, quæ credit S.R.*Ecclesia: quæ est fides implicita articulorum ad salutem non necessariorum ad fidem explicitam majorum & sapientum relata:* Walenburgii in exam.p.166.ita sentiunt. *Dicimus aliquem implicitè credere per relationem ad alios explicitè credentes, Ecclesiam sc. ita qui credit, quod Ecclesia credit, paratus est omnia amplecti, quæ Deus per Ecclesiam proposuit credenda: & quia fide divinâ credit, Ecclesiam regi à Spiritu S. necessariò paratus esse debet in nullo dissentire ab Ecclesia. Imo si exactè agendum est: Catholicus credens Ecclesiam omnes veritates fidei fideliter proponere, eo ipso formaliter credit & amplectitur singulas & omnes particulares veritates fidei, ab Ecclesia propositas: Neq; est necesse, ut explicatam notitiam habeat omnium particularium veritatum fidei, ut verè & formaliter dicatur singulas credere. Sicut formaliter de omnibus & singulis hominibus dicit est animal: licet longè maximam hominum partem non neverit.* Conf. *Bresser.* lib. 5. de consc. c.8. p.481. seq. *Cornel. à Lapid.* ad.1. Petr. III. p.290. Sed fidem implicitam esse *cæcam ignorantiam, impossibilem, imo contradictoriam* alibi demonstratur. Hic notamus verba Catechismi Tridentini: *Credendi vox certissimæ adsensionis vim habet, quâ mens Deo sua mysteria aperienti firmè constanterq; adsentitur* pag.16. edit. Leod. *Iacobus Andradius* lib.2. sub fin. defensionis Concilii Tridentini ait: *Qui Ecclesiæ firmitatem & integritatem credit, multa etiam implicitâ fide prosequi debet, de quibus neq; cogitat quidem unquam.* Swarez tract. de fid. disp.2. sect. 6. n.2. inquit: *Quod implicitè creditur, revera non cognoscitur,*

neq;

neq; intellectus format proprium conceptum propositionis quæ implicitè tantum credi debet. Huic notitiæ accedit *secundus gradus*, ASSENSUS non humanus nec opinativus, nec certus ex demonstratione ortus, nec quoad Scripturæ res tantum historicus, sed *infallibilis, divinus, firmus ac solidus* Ebr. X. 22. siquidē non prodest ulli sermo auditus, si quisquam ei non assentiatur. Rom. X. 9. At cum fieri possit, ut stante tali assensu, homo desperet ac pereat, uti patet in peccantibus Diabolis & damnato epulone, qui assentiuntur verbo Dei & contremiscunt Jac. II. 19. Luc. XVI. 28. quorsum etiam referendi Tridentinorum *fideles fornicarii adulteri, molles, masculorum concubitores, fures, avari, ebriosi, maledici, rapaces &c.* præter hos actus requiritur tertius, qui dicitur FIDUCIA, non humana, externa, & generalis; sed *plenaria voluntatis acquiescentia* in Christo propter ipsius plenariam satisfactionem pro omnibus factam Ebr. XI. 1. Psalm. II. ult. Matth. IX. 21. Atque in hac consistit *essentia & anima* veræ fidei, ut alibi deducitur. Consentit *Alphonsus Tostatus* ante ducentos annos Abulensis in Hispania Episcopus, cujus verba in cap. II. Matth. quæst. 8. ita sonant: *Dicendum quod non est possibile alicui remitti peccata sine fide propria. Est autem duplex fides scilicet fides qua creditur & est virtus Theologica, alia est fides, quæ est confidentia quædam, scilicet quod Deus concedet id, quod petimus, vel quod desideramus, utraq; autem requiritur in eo cui peccata dimittenda sunt. De prima patet, De secunda fide, id est, confidentia dicendum, quod etiam*

iam sine illâ non possunt peccata dimitti, nam si quis credat omnia quæ in Scriptura S. continentur & quæ Ecclesia credit, si non confidit, quod Deus dimittet ei peccata ipso dolente de eis, nunquam dimitterentur; imo etiamsi peteret illa dimitti, si non confideret & certissimè crederet illa sibi dimittenda, nunquam dimitterentur Jac. I. *postulet autem in fide nihil hæsitans, qui enim hæsitat similis est fluctui maris, qui à vento movetur, non ergo existimet homo ille, quod accipiat aliquid à Deo: requiritur ergo ista confidentia ad peccati remissionem.* His gemina habentur apud *Cornelium Jansenium*, qui post reditum ex Tridentino Concilio primus *Gandavensibus* Episcopus datus est: *Non enim*, ait Comment. in Concord. Evang. cap. 134. *cum fidem in se exigit Servator, simpliciter eam fidem requirit quo credatur esse Christus filius Dei & verax in suis sermonibus, sed & qua fiducia in se collocetur. Hæc est enim fides, de qua Joannes, Hæc est, inquit victoria, quæ vincit mundũ fides nostra. Hæc est fides, quæ timorẽ & turbationem pellit à corde juxta illud Psalmistæ: Dominus illuminatio mea quem timebo? Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo?* Ex his omnibus luculenter patet, nos hic intelligere *veram, salvificam, vivificam, actualem fidem* prout includit spiritualem *notitiam, assensum & fiduciam* seu apprehensionem & applicationẽ meriti atq; obedientiæ Christi, quæ à Spiritu S. in infantibus non *objectivè* sed *effectivè* excitatur, & per Baptismum *efficaciter* confertur, ita ut per fidem *adoptentur in filios Dei*, & fiãt *hæredes regni Cœlorũ* Matth. XIX. 14. Gal III. 26. 27. reddantur *participes beneficiorum Christi* Rom. VI. 3. 4. licet dvinam actionem

non

non intelligant; Cum ad Sacramentum fidem ipsi non adferant, sed eandem in ipso Sacramenti usu divinâ gratiâ accipiant: Secus fit *in adultis*, ubi necessum est, ut fides adferatur, quæ postmodum per Baptismum confirmatur & adaugetur. Denique sermo hic nobis non est *de modo*, quo per Baptismum in Infantibus Spiritus S. fidem operetur. Ultro enim fatemur, esse nobis hæc incognita. Adulti sentiunt motus Spiritus S. In Infantibus operatio Spiritus S. planè est *occulta*, utpote quorum intellectus & voluntas à Spiritu S. mutatur per verbum, ut non resistat operationi Spiritus S. licet nesciant discrimen *dextri & sinistri* in rebus *terrenis, civilibus & politicis*, siquidem hæc Prudentia *Politica & rerum naturalium notitia* non requiritur ad fidei generationem. Quod tamen non eò trahi debet, quasi absque *rationis motu* regeneratio fiat, vel non *ratio ipsa* regeneretur, cum hæc sit *objectum*, in quod tendit operatio Spiritus S. & illud ipsum, quod regenerari debet; sed quod *supernaturali illustratione & excitatione* Spiritus S. regeneratio & fides ipsa fiat, utut *circumstantiæ fidei*, ejusque *effectus* non extrinsecè sese prodant, interiores tamen motus salutares propterea negare neutiquam possumus.

§. 5. *Hæc* est *terminorum evolutio*. Sequitur *rei probatio*. Hoc enim est, quod demõstrandum in præsens suscepimus: *Infantes Baptizatos verâ, actuali, vivificâ ac salvificâ fide præditos esse*. Quod probabimus duobus tantùm locis, uno ex Veteri, altero ex N. T. depromtis. Primus locus occurrit Psalm. VIII. 3.

ubi textus Originalis sic habet: מִפִּי עוֹלְלִים וְיֹנְקִים יִסַּדְתָּ עֹז Arias Montanus ita vertit: *Ex ore parvulorum & sugentium* (lactentium) *fundasti fortitudinē*. Tremellius: *Ab ore infantium & lactentium fundatam disposuisti laudem.* Vulgatus: *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* Lxx. Interpp. ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον; Quæ secundùm literam retinuit *S. Matthæus*. Syrus habet תשבוחתא חקנת *direxisti, adornasti laudem*. Lutherus in Psalmo: Aus dem Munde der jungē Kinder uñ Seuglingē hastu eine Macht zugericht: in Evangelista verò: Aus dem Munde der Vnmündigē und Seuglingē hastu Lob zugerichtet. Dietenbergius ibi: Aus dem Munde der jungen Kinder und Seüglingen/ hastu dein Lob volkomen gemacht; Heic autem: Aus dem Munde der Vnmündigen und Seüglingen hastu Lob angerichtet. Tigurina illic: Aus dem Mund der Unredenden und Säugenden Kindlein hastu die Stärcke gegründet. Isthic: Aus dem Munde der Unredenden und Seügenden Kindern hastu dein Lob zugerichtet. Considerandum h. l. I. *Quos hic Divinus Vates introducat*? Hos duplici vocabulo designat. Primò nomine עוֹלְלִים quod à rad. עלל descendit, ac notat, *operari, machinari*, νηπιάζειν, *infantiliter agere*. Hinc nomen עולל quod propriè sistit parvulum, puerulum, majorem tamen lactante, qui jam incipit ludere, loqui & aliquid agere, quasi *activus* dictus Jer. VI. 11 Joel II. 16. Thren. I. 5. Interdum etiam infantem ex utero jam prodeun-

tem,

tem exprimit. Conf. Job.III.16. Thren.II.20. Cõmuniter tamen infantem recenter ablactatū notat. Apud LXX. *Interpp.* occurrit hic voc. νήπιος, quod propriè infantem designat (ἀνὴ & ἔπος) qui fari est nescius. Et licet sæpe importet infantē, qui *moribus talis est*, tum ob *imprudentiam & stultitiam*, quomodo alioquin imprudentem, qui non plus, quàm infans sapit, νήπιον vocare solemus, ut in illo: ῥεχθὲν δὲ τενήπιος ἔγνω; tum ob *puerilem simplicitatem animumq; minimè fastuosum*. Propriè tamē hic infert infantem, qui *ætate talis est*. Deinde illi, qui hic introducuntur, dicuntur יֹנְקִים à rad. ינק quod notat pendere, ab uberibus matrum, & lac sugere. Unde יוֹנְקִים sunt pueruli lactentes, & ubera matris sugentes. Lxx. habent θηλάζοντες, qui papillam sugunt, à θηλὴ papilla, quod rursus παρὰ τὸ θηλεῖν, eo quòd infantes mammas sugendo, vireant & nutricationem sentiant. Considerandum II. *Quid Divinus Vates de Infantibus hisce asserat*: Nempe quòd Deus יסד עז *fundaverit robur.* Vocula עז fortitudinem, robur, denotat. *Chald.* עושנא; Sed Lxx. *Interpp.* & *Vulgatus* optimè per laudem vertunt, per *metonymiam*, quòd ex ore infantium & lactentiū laudem & celebrationē roboris & omnipotentiæ sibi fundaverit, quemadmodum Matth. XXI. 16. exponitur, ac vera laus ex robore & fortitudine fidei proficisci debeat. Ita alibi gloria & robur pro laude & celebratione gloriæ & roboris adhibetur. Psalm. XXIX. 1. *Afferte*

Domino gloriam & robur, hoc eſt, laudem gloriæ & roboris ejus ipſi tribuite. glorioſiſſimum ipſum & fortiſſimum laude devotâ confitemini. Conf. Pſalm. XCVI. 7. per *monymiam ſubjecti*, quatenus *ſubjectum occupans in genere pro adjuncto occupato*, eu pro eo, quod verſatur circa objectum illud, ponitur. Ita *Jeſus Chriſtus* pro doctrina de Jeſu Chriſto II. Cor. XI. 4. *Deus* pro cultu in honorē Dei inſtituto Exod. XXXII. 1. Sic Eſa. XLV. 24. vocula עז per *δόξαν* vertitur ab Helleniſtis. τὸ יסד *propriè* ſignificat θεμέλιον κατὰ βάλλειν, ſolidiſſimè aliquid ſtruere, fundamento ſcilicet poſito, ut quicquid poſtmodum ſuperſtruitur, maneat firmum ac ſolidum. Unde *Aquila* hîc habet ἐθεμελίωσας. Lxx. Viralis κατηρτίσω αἶνον, quam interpretationē Chriſtus, utpote tum vulgatiſſimā, retinere voluit, cùm quoad *rem ipſam* à textu Ebræo h. l. nō diſſentiat. Etenim יסד, etiā notat perfecit. Exod. IX. 18. à die הוסדה quâ fundata eſt *Targum* דאשתכללת qua perfecta fuit. Conf. I. Reg. V. 17. Zach. IV. 9. Similiter καταρτίζειν quandoq; pro πληροῦν perfectū & integrum reddere accipitur Matth. IV. 21. Marc. I. 19. Luc. VI. 40. I. Theſſ. III. 10. quòd ſcilicet laus Dei ore adultorum prædicari prius cœpta, accedente hâc puerorū acclamatione perfici ac abſolvi debuerit. quorſum inclinat *Theophylactus* in Matth.

§. 6. Hiſce ita obſervatis ex hoc loco ita cōcludimus: *Ex quorum ore egreditur laus & præconium Dei, illi verâ, actuali ac ſalvificâ fide præditi ſunt. Atqui ex ore infantium & lactentium egreditur laus & præconium Dei.*

Ergò.

Ergò. Major probatur canone Philosophico: *Effectus testatur de suâ causâ.* Jam verò laus & præconium Dei est effectus & fructus veræ fidei. Ut vita se exerit per varias actiones vitales & animales; Ita quoque fides virtutem ac vitam suam exerit per omnis generis opera bona interna & externa, quæ sunt *fructus justitiæ fidei*, Phil. I. 11. Conf. Matth. v. 16. 17. 18. Hinc formula Concord. uber. declar. p. 701. *Fides* ait, *est vivum quoddam efficax & potens; Ita ut fieri non possit, quin semper bona operetur.* Et Apol. p. 83. *Quia fides affert Spiritum S. & parit novam vitam in cordibus, necesse est, quòd pariat Spirituales motus in cordibus. Postquam igitur fide justificati & renati sumus, incipimus Deum timere, diligere, petere & expectare ab eo auxilium, gratias agere & prædicare & obedire in afflictionibus. Incipimus & diligere proximum, quia corda habent motus spirituales & sanctos.* Sed hosce fidei fructus & motus in Infantibus accendit Spiritus S. absque quo *nemo potest dicere Dominum Jesum*, I. Cor. XII. 3. qui operatur *fidei initium*, Phil. I. 6. 29. I. Cor. II. 5. *incrementũ*, Luc. XVII. 15. II. Thess. I. 5. & *complementum*. Phil. I. 6. II. Thess. I. 4. ut ita non placeant Deo laudes & hymni, nisi proficiscantur ex verâ fide, Ebr. XI. 6. Rom. XIV. ult. Existimãt quidem *Remonstrantes* apol. cap. VI. fol. 73. b. *actiones moraliter & verè bonas esse, etiamsi non proficiscantur ex fide.* Verum in eo vehementer errant. *Mala arbor fructus bonos ferre non potest. Quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali* Matth. XII. 34. At omnem actionẽ verè & judicio Spiritus S. bonam requiritur partim *principium*

 ejusdem

terialiter, *objectivè & occasionaliter*, ac si divinæ laudis materiam tantùm exhibeant; sed *formaliter*, quia *actu ipso* laudes divinas deprædicant. Et notanter additur, quod *ex ore* puerorum horum & infantium laus Dei prodeat, à quâ literâ minimè discedendum. Idem etiam confirmat *Salvator*, quando h.l. ad pueros, Hosanna sibi acclamantes, applicat Matth. xxi. 16. ubi alienè excipit *Piscator verborum Davidis diversum esse sensum à verbis Christi*; Cùm sic Christus impertinenter dictum hocce, ante aliquot secula per os Davidis prædictum, allegasset, diversumque sensum illi affinxisset, quod absit. *Dices*; Infantes hosce fuisse grandiores, ut qui in plateis cursitaverint, ac Hosanna Christo acclamaverint. ℞. Adfuisse grandiores concedo, omnes autē tales fuisse, nego. Adfuerunt Infantes tum *ablectati*, tum *sugentes*, de quibus promiscuè Christus affirmat, *quod ex ipsorum ore laus Dei proficiscatur*. Psalmum verò integrum de *Christo* loqui, non *Adamo, Davide, Salomone* vel alio, ùt *Calvinus* & qui eum sequuntur, ac è *Photinianis* nonnulli, volunt, ex Apostolorum N. T. *explicatione & applicatione* Matth. xxi. 16. 1. Cor. xv. 27. Eph. 1. 22. Ebr. 11. 6. patet. Et de *Messiâ* intelligi *Rabbinorum doctissimi* confitentur, quemadmodum alibi demonstratur. Denique locus Psalm. xix. 2. non est paralelus huic nostro. Etenim cœli enarrant gloriam Dei non *præconio*, sed *operis artificio*, non *eloquio* vel sermone proferendo, sed veluti *scriptam exhibendo* legentium oculis. Verùm de Infantibus exsertè dicitur, quod

laudes

laudes divinas linguis & labiis suis deprædicave-
rint. Longè autem *aliud* est per creaturam præberi occasionem laudis divinæ; *aliud* in ore aliquorum hominum laudem Dei esse fundatam & paratam.

§. 7. Alter locus occurrit Matth. XVIII. 3. coll. cum Marc. IX. 42. ubi ὁ λόγος summus & æternus summi & æterni Dei Filius, qui pro nobis infans factus pro infantibus ita suavissimè loquitur: : Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ στραφῆτε καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, v. 6. ὃς δ' ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων, τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, συμφέρει αὐτῷ &c. Considerandum hic I. *Quid nomine* μικρῶν *intelligatur?* *Beza* Christum appellatione parvulorum *non infantilem ætatem, sed vitæ & morum simplicitatem intellexisse* contendit. Verùm statim digito indice ostendit Christus, quid nomine parvulorum intelligat, nempe non tantùm parvulos *affectu*, sed vel *maximè ætate*, quando in exemplum ponit ὄντας ἐκ τῶν μικρῶν τούτων v. 3. 4. 5. Hinc *S. Lucas* verba Christi ita effert c. IX. 48. *quicunque susceperit* τοῦτο τὸ παιδίον id est, *hunc pusillum*, scilicet quem apprehensum statuit inter discipulos suos, Conf. Marc, IX. 37. Idem etiam contra semetipsos confirmant *Calvinus*, *Beza*, *Ursinus*, *Snecanus* & alii, quoties hæc loca pro Infantium baptismo cõtra *Anabaptistas* allegant. Considerandum II. *Cujusnam ætatis infantes hic à Christo indigitentur;* *Papistæ ac Calvinistæ* communiter h. l. intelligunt *non infantes propriè & strictè sic dictos*, verùm *adultiores & grandiusculos pueros*

doctrinæ

doctrinæ capaces. Verum posito parvulum, quem Christus statuit in medio discipulorum, fuisse quodammodo adultiorem, interim tamen inter ipsum & infantem, quoad cognitionem articulorum fidei, nullum est discrimen. Quidni ab exemplo hujus puerili, occasione accepta, in genere de parvulis agere potuit Christus, inprimis quia de illis loquitur, quorum *est regnum cœlorum* v.3. quorum *angeli in cœlis semper vident faciem Patris cœlestis*. v. 10. quæ non tantùm grandioribus pueris, sed etiam infantibus & puerulis competunt. Sed nec opus est, ut præcisè hic intelligamus pueros grandiusculos, qui ad annos discretionis pervenerunt. Etenim scopus Christi est, repræsentare exemplum, quoad simplicitatem & humilitatem, quod aptius & magis compositum est in Infantibus, quorum ætas à malitiâ est remotior. Hinc quod h.l. Christus dicit: *Nisi conversi fueritis & efficiamini sicut pueruli, non intrabitis regnum cœlorum*: Id *Marcus*, eandem describens historiam cap. IX. 36. de tali parvulo explicat, quem Christus in ulnas recepit, Conf. Marc. X. 15. 16. Accedit, quod μικροὶ v. 6. dicantur παιδίων v, 4. 5. quomodo ipsi lactentes infantes ita vocantur, sicut patet de *Iohanne Baptistâ* Luc. I. 59. & *Christo*, Luc. II 21. 66. παιδίον verò ceu *synonymum* in hâc controversiâ cum vocabulo βρέφους, utut aliâs hoc illo sit augustius, commutatur Luc. XVIII. 15. 16. Conf. §. 18. *Hugo Grotius* ad Luc. XIX. 17. ait: *Neq; vox* βρέφη *neq; illud, quod apud Marcum est* ἐναγκαλισάμενος, *satis validè probant de Infanti-*

bus

bus hic agi. Ad Marc. IX. 36. *Ebræum* חבק LXX. *vertunt* ἐναγκαλίζεσθαι Prov. VI. 10. *Alibi vertunt* περιλαμβάνειν, ut II. Reg. IV. 16. Eccles. III. 5. Genes. XXIX. 3. *Alibi vertunt* συνέχεσθαι ἀγκάλαις Prov. V. 20. Non malè *igitur vertitur amplectens. Neq; enim erat tam parvus infans, ut ulnis gestandus esset; quippe qui vocatus à Christo accurrerit, ut ex Matthæo discimus. Imo Christus puerum juxta se constituit, ut Lucas narrat* IX. 47. *Amplexu Christus amorem testatus est, quo simplicem ætatem & homines, ad eam simplicitatem se componentes, prosequitur.* Ad Matth. XVIII. 2. ait: *Illud* προσκαλεσάμενος *ostendit fuisse majusculum, ut qui ambulare posset* טליא *est apud Syrum. Hac autem adhibita conspicua Imagine sententiam, quæ sequitur, altius imprimit animis ac memoriæ.* Hactenus *Grotius*. Verum τὸ βρέφος perpetuò *infantem tenellulum*, & plerumque adhuc *lactentem* significat. Conf. Luc. I. 41. II. 12. 16. Actor. VII. 19. I. Pet. II. 2. *Eustathio est*, τὸ ἄρτι γεγονὸς παιδίον καὶ τρεφόμενον ὑπὸ θηλῆς. Hinc tradit factum esse ex τρέφος. mutato τ in β; unde & *Stephanus* refert sub Rad. τρέφω T. 3. d. 1651. ubi quoque *Homerum* adducit, ut ita τὰ βρέφη sint τὰ τρέφη tales parvuli, qui nutrice & mammulis egent, quorum ætatem nondum pervertit malitia, quum in exemplum humilitatis & simplicitatis â Christo proponantur, quibus nos similes fieri oportet, si ingredi velimus regnum cœlorum. Nec obstat I. Tim. III. 15 Siquidem phrasis ἀπὸ βρέφους ibi non ipsam infantiam, sed *infantiæ terminum* notat, ut inde lectio Bibliorum à *Thimotheo*

theo verè inchoata fuerit, quam interpretationem *Ambrosius*, *Chrysostomus*, *Commentator* in lib. 1. *Damasceni* de orthod. fid. cap. 1. approbant. Quin in ipsa etiam infantia cum lacte ferè materno, ipsi notitia Sacrarum literarũ à matre fuit instillata. Quamvis enim *Patrem* habuerit *Græcum*; tamen *matrem* habuit *Iudæam* fidelem Act. XVI. 1. *Eunicam* appellatam II. Tim. I. 5. aviamque *Loidem* ibid. à quibus ab infantia à primis incunabulis fuit informatus juxta præceptum Domini. Deut. IV. 9. VI. 7. XI. 19. Deinde Ebræum קִבֵּץ *generale* est, ac quemvis *amplexandi* modum infert, non tantum qui adultis, sed etiam qui parvulis ac sugentibus confertur, ceu patet ex II. Reg. IV. 16. Eccl. III. 5. Quia ergo Marc. x. 16. infantes tenelluli fuerunt, Christus eos in ulnas recepit, non tantum *ut amplexu amorem testaretur*, vel ob *aliquam lassitudinem aut densionem turbarum*, ut vult *Wendelinus*, sed imprimis ob *ætatis teneritudinem*, per quam vel planè non, vel non firmè incedere potuerunt, maximè quoniam & reliqua vocabula non nisi infantilem ætatem & conditionem indigitent. Versiones hic concinnè sonant: *Vulgatus* habet complexans eos. *Syrus* רשקל אנין על דרעוהי Et sustulit eos in ulnas suas. *Erasmus*, Tigurini, *Fr. Vatablus*. Et cum cepisset (*Beza* accepisset) eos in ulnas. *Ben. Arias Montan*, & ulnis complexus eos. *German. vetus MSC.* und er empfieng sie. B. Lutherus, und er herzet sie. *Dietenb.* consentit *germ. MSCto* ut & *Tigurini & Belg. Pis.* und er nahm sie in die Arme. Quem etiam sequun-

quuntur *Racovienses*. *Guil. Budæus* ἐναγκαλίζομαι interpretatur, amplexabundè gesto. Παῖς ἀπαγκάλιος, puer qui in ulnis gestatur apud *Suidam*. Nec de omnibus id verum, quod accesserint, sed tantùm de uno, quem in medium statuit, & postea in ulnas suscepit. Sed nec de hoc etiam in textu dicitur, quod accesserit; unde Marc. IX 36. dicitur καὶ λαβὼν παιδίον, & Luc. IX. 47. ἐπιλαβόμενος παιδίου Siquidem & ille advocari & in corona aliqua sisti præsentarique potest, qui per alium vel asportatur, vel advehitur vel in in ulnis nutricum adhuc hæret. Denique quidni etiam infantes fasciis involuti solent quandoque à parentibus in rectum statum corporis erigi & sic constituti teneri, sicut & hunc parvulum juxta se statuisse dicit Christus Luc IX. 47. dùm sedit in domo ut ita illud facilè fieri potuerit, parvulum hunc statuendo juxta se, eumque manu tenendo, quemadmodum & Christus eum statim in ulnas recepit. v. 36.

§. 8. Considerandum III, *Quid de puerilis hisce asseratur?* Prædicata varia hic occurrunt. Præcipua sunt I. quòd *proponantur ceu exemplum conversionis vera* omnibus, qui regnum Dei ingredi cupiunt v. 3. *Amen dico vobis, nisi conversi fueritis & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum.* Regerunt, humilitatem, simplicitatem, pietatem, caritatem, fidelitatem, candorem, obedientiam & similes virtutes nō in Infantibus, qui in cunis vagiunt, sed in illis, qui jam tum aliquid intelligunt, cum parentibus colloquuntur, inter se colludunt, precatiun-

eulas

culas suas recitant, & alia id genus efficere possunt reperiri. Verum in his, quia nondum usus rationis adest, adhuc adest infantilis ætas, manent infantiles mores & virtutes, quas imitari debemus. Retinemus hîc *literam*, in primis quia Christus apud *Lucam* cap. 18.15.16. disertè jubeat, nos imitatores esse debere τούτων παιδίων, non tantùm quoad fidei salvificæ possessionem, sed etiã quoad superbiæ & malitiæ absentiam. 2. Quòd de pusillis illis disertè dicatur, *& quod possint credere, & quod actu credant*. v. 6 ita ut propter hanc fidem dicatur parvulorum, qui tum ad Christum adferebantur, & quos discipuli aditum prohibere volebant, esse regnum cælorum cap. seq. v. 14. At salutem non consequuntur nisi fideles, Joh. 3.16. Marc. 16. 16. Excipiunt verba Christi *restrictè* esse intelligenda, ac si illi pueruli non sint offendendi; qui jam ex auditu verbi exteriore credere possunt. Sed in textu nulla apparet *restrictio*, sed additur ratio & causa, quare, scil. parvuli non sint offendendi, quia ad unum omnes in Christum credunt, quemadmodum & reliqua predicata per modum *causalis rationis* & *prædicationis generalium* proferuntur. Conf. v. 3. 4. 5. 9. 10. 11. 14. 3. Quod *parvulorum horum custodes sint S. Angleli*. Expressè enim dicitur v. 10. quod Angeli ἀυτῶν scilicet μικρῶν *parvulorum credentum* sint. Quemadmodum enim *in genere* à *S. Bernhardo* serm. XII. in Psalm. 91. nostri dicuntur *pædagogi* quorum officium est φυλακτικὸν & *custodire* Psalm. XCI. 1. νουθετικὸν & *docere* Matth. 1. 20. II. 13. βοηθητικὸν

respse juvare Luc. 16. 22. Ita etiam *in specie* ministerio parvulorum sunt destinati. Unde non solum de fructu in utero materno custodiendo maximopere solliciti sunt. Conf. Luc. v. 13. 31. Sed etiam recens natorum in ipsis incunabilis, adultorumq; maximam curam agunt. Conf Exod. 2. 3. 4. 5. & *Ruffinum* lib. 1. c. 36. *Socrat.* lib. 3. c. 19. ut merito exclamandum cum *Hieronymo* lib. 13. in cap. 18. Matth. Tom. 9. p. 54. *Tanta est dignitas animarum, ut unaquæque ab ortu nativitatis in custodiam sui Angelum deputatũ habeat.* Quod tamen cum *Franc. Swarez* lib. 6. de Ang. c. 17. n. 8. sed. *Maldonat.* comm. in h. l. *Adam Contzen* h. l. q. 1. *Cornel. à Lapid.* h. l. p. 347. *Becan*, Tom. 1. oper. de Angel. tract, 3. cap. 6. p. 123. *Hug. Grotio*, h. l. non eo trahendum ac si singulis hominibus unum, definitum & perpetuum angelum Deus ordinarit, cum textus de multis angelis loquatur, ac custodiam hanc tantum alleget, ut eximium quoddam atque incomparabile divinum privilegium. Multo minus cum *Thoma Aquinate* 1. part. summæ quæst. 113. art. 3. asserendum, angelos puerorum *angelos supereminentes* vocari, quasi puerulorum cura angelis supremis sit commissa, cum hypothesis ita de *tribus angelorum hierarchiis & novem ordinibus* incertissima sit. *Becanus* etiam Tom. 1. opusc. XIV. de offic. angel. c. 1. n. 8. 11. 12. 13. 16. p. 897. & *Estius* in cap. 1. Collos. incerta, dubia, obscura & ambigua ferè omnia hic esse farentur. 4. Quod *ne unus de pusillis ex Intentione Dei perire debeat.* v. 14. *Apud Reformatos*

infan.

Infantes judicio absolutæ reprobationis non eximuntur. *Spanhemius* exercit, de grat. univ. p. 131. contendit, non omnes Infantes *Divinam voluntatem habere propitiam.* Ita quoque ex mente & sententia aliorum *Reformatorum* multi Infantium in Ecclesia natorum damnantur, quia non omnes electi. *Chamier* Tom. 3. lib. 8. de prædest. c. 8. n. 14. inquit; *In Infantibus nullum esse posse respectum cooperationis cum gratiâ aut repugnantia manifestissimum est. Et tamen in jis ipsis disertissimè Paulus non prædestinationem tantum ad Salutem, sed etiam reprobationem constituit, testibus Scripturis. Augustinus etiam inde petit demonstrationem firmissimam contra Pelagianos. Et sanè, vel asserendum nullos infantes destinari ad poenam, vel confitendum aliquos destinari nullo habito respectu cooperationis aut repugnantiæ. Illud ergo cum sit absurdum, hoc potius tenendum pro vero.* Non audet tamen D. *Voetius* pag. 417. inter *infantes foederatos in infantia morientes distinctionem electorum & reproborum admittere, quia nulla effecta & signa in jis locum habere possunt, ex quibus à posteriori colligatur eos esse reprobos & damnandos, quia nunquam obicem gratiæ externæ opposuerunt, & Deus cavit per mortem intervenientem, ne unquam obicem quem ponere possent. Si quis autem cum Beza suspicetur aut dubitet, annon ex talibus Infantibus alii sint electi, alii reprobi: is privatam suam opinionem tenet, sed aliis & pluribus aliter sentientibus nihil præjudicat.* Sed de

non foederatis juxta *Reformatos* res expedita est. D. *Maresius* in Anti-Tirino controv. xiv num. 13. p. 195. dicit, *Tirinū non satis feliciter se expedire ex illo argumento, quod post Augustinum Dominicani tantopere urgent, ut probent non esse omnes prædestinatos ad salutem conditionaliter si crediderint, nec omnibus sufficiens adesse auxilium quo credant aut credere possint, cum pereant in communi peccato & miseria tot infantes, tot amentes, quorum* (non foederatorum) *& derelictio in massa peccati solius Dei justo beneplacito nititur, & omnimoda absolutaq; in eo statu est impotentia & insufficientia ad bonum, ut illos etiam gratiæ sufficientis participes facere, sit revera cum ipsismet amentibus delirare & insanire.* Eadem repetit *D. Maresius* in ἐπιxρ. ad contr. de grat. & Red. univ. adversus *Joh. Dallæum* exerc. x. n. 34. p. 562. *Non fœderatorum liberi in infantia morientes citra novi peccati reatū æternum pereunt (siquidem solis fœderatorum liberis convenit esse sanctis* 1. *Cor. VII.* 14. *& participibus promissionum Act. II.* 39.) *adeoq; certum est, nec Deum velle eorum salutem, nec Christum pro illis mortuum esse.* Rotundè *D. Ioh Bergius* in scripto. german. anno. 1653. edito super 1. Timoth. II. 4. Gottes Wille von aller Menschen Seeligkeit hanc in rem sic disserit c. xix. p. 215. Von den ungetaufften Kindern/ wann sie sterben/kan ja nicht gesaget werden/ daß Gott wolle / daß sie zum Erkäntnüß der Warheit kommen. *Sibrandus Lubertus* in judiciis Theologorum provincialium inter theses orthodoxas
(qua

(quas approbarunt *Ioh.Polyander*, *Antonius Tysius*, *Ant.Walæus*) hanc ponunt p.25. *Infantium aliqua est electio, aliqua reprobatio*, quam probat ex Rom.9. 6.7. Act.2.39. *Helvetici* ajunt.p.540. *Infantium non minus, quam adultorum electionem & reprobationem esse, adversus Deum, qui nondum natos amat misericorditer, & odit inculpabiliter, negare non possumus.* Reformatos sequuntur *Papistarũ* nonnulli. *Bellarminus* lib. 2.de gratia.& l. arbit.c.xvi.sic procedit: *Reprobatio, quam S.Augustinus prædestinationem ad interitum vocat, duos actus comprehendit, alterum negativum, cujus NULLA est causa ex parte hominum; alterum positivum cujus causa est peccati originalis actualisve prævisio.* Et ibid.cap.viii.6. *Credimus Deum absoluta voluntate velle salvare multos, tum parvulos, tum adultos. Becanus* ait Tom.1.tract.1.cap. xv.quæst.8.pag.55.oper. *Certum esse Infantes propter defectum usus rationis non posse uti gratia actuali, ac proinde jam ipsis non conferri. Cum nullum aliud præsidium ordinarium, quo salventur, habeant, præter Baptismum, quo multi ex divina dispositione & voluntate destituuntur. Tannerus* Tom. 2. Theol. Schol. disp. 6. q. 2. dub. 2. *Ariminensem*, *Driedonem* & Vasquium notat, asserentes, Deum parvulis non *providisse media sufficientia salutis.* Conf.disputat. mea iv.§.xvi.p. 215.contra Concil.Trident.hab.Corbachii. *Sed* hoc loco expresse asserit Christus, *Patris voluntatem esse* de infantibus universum omnibus, *ne pereat unus de pusillis istis.* Quæ benevolentissima Dei voluntas non est *apparens*, non *simulata*,

vel *simulatoria*, ut loquuntur, non *metaphorica & interpretativa* per externam duntaxat declarationem; non voluntas *signi* in oppositione ad voluntatem *beneplaciti*; non *nuda approbativa*, ut gratum sit Deo, si converterentur peccatores, non *anceps & dubia*, quæ saltem ex canone charitatis annuncietur omnibus; non est *nuda velleitas*, inane votum, & (in se) inefficax desiderium, *ut Molinæus* in anat. Arminianism. cap. 5. contendit: Sed est voluntas *vera, propriè sic dicta, sincera, seria, interna, benevolentissima, beneficentissima.* Hâc benefica Dei voluntate merito stamus, quicquid ratio obloquatur. Sic *Marc*. x. 14. 15. 16. Christus Infantes à se etiã in illa tenerrima ætate sua abigi pati non potuit, sed eosdem ad se *seriò* evocavit, inque testimonium *voluntatis suæ seriæ* ulnis pectorique admovit, & impositione MANUUM efficaci ac benefica prosecutus est. Hisce ita consideratis ex hoc loco argumentamur: 1. *Quicunque à Christo ceu exemplum conversionis veræ proponuntur omnibus, qui regnum Dei ingredi cupiunt, in illos vera fides cadit. Atqui pusilli à Christo ita proponuntur. Ergò.* Probatur, quia si infantes circumcisi & baptisati non haberent fidem, Christus fideles adultos non juberet illis fieri conformes. Sed vult Christus heic, ut si ingredi velimus regnum cœlorum, efficiamur sicut pueri. Si igitur isti pueri baptisati sunt increduli, volet Christus, ut fiamus & nos increduli. Ἀσεβές. Fides enim necessariò requi-

ritur ad salutem. Necessariò igitur hinc sequitur infantes Baptizatos credere. II. *Quibus Christus disertè adscribit τὸ credere, illis fides non est deneganda. Atqui parvulis Christus disertè adscribit τὸ credere. E. illis fides non est deneganda.* III. *Quicunque Angelos custodes habent, illi credunt. Parvuli Angelos custodes habent. E. credunt. Major* patet, quia Angeli boni non nisi credentium ministri sunt. Hinc quemadmodum coram Deo consistunt, Diabolo resistunt: Ita homini assistunt, tam in vitæ exordio, quàm periodo & exodio, tam mala culpæ prohibendo, quàm à malis pœnæ custodiendo; Idque variis modis, quorum tredecim enarrat *Tannerus*. IV. *Quicunque fidei planè expertes sunt, illi pereunt. At juxta gratiosam Dei voluntatem nulli pusilli pereunt. E. juxta gratiosam Dei voluntatem nulli pusilli fidei planè sunt expertes.* Quæ hic excipiunt in seqq. patebunt.

§. 9. Hucusque θέσις, sequitur ἀντίθεσις, quæ varia est. I. *Pontificiorum*, qui *nudum & otiosum habitum fidei seu actum primum* Infantibus tribuunt. Proposita fuit hæc opinio in *Concilio Viennensi*, cujus decretum tradit Constit. Clement. 1. *de summâ Trinitate*. Idem defendunt *Thomas, Scotus, Durandus, Gabriel & cæteri ferè omnes in* 3. dist. 23. teste *Bellarmino* l. 1. de Bapt. c. 11. §. *Quarta*, ubi subjungit, *licet Concilium Tridentinum non fecerit mentionem Concilii Viennensis, tamen illam ipsam sententiam recepit & definivit ut certam.*

seſſ.vii.can.13. Vid. Catechiſm. Roman. q. 27.de *Bapt.* Sequuntur *Salmeron.* Tom.3.comm.tract. 10.*Coſterus* part.3. concion.p. 418. *Gregor. de Valentia* volum,de rebus fid. part.1. f.470.& Tom. 4.comm. Theol.diſp.4 q.3 fol.818.*Suarez.* Tom. 3.diſp.25.ſect.1.*Vaſquetz.* Tom.2.in 3. Thom.diſt. 154.art. 9.c.3. p. 462. *Henricus Henriquez* lib.1. ſum. Theol moral.de Sacram.in gen. cap.18.n.5. 6.p.44.ait,*commune eſſe axioma parvulos credere & ſalvari in fide Parentum S. Eccleſiæ,in quam ſententiam* citat lib.2.de Bapt. Sacram. cap.24.p.95. *Concilium Tridentinum* ſeſſ.7.can.13.*D.Thomam.* q.68.9.& 12.q.11.3.3.ad 1. *Sotum* d.5. ar. 9.col. penult.& lib.2.de nat.& grat.c.10.*Roffens & Taper.* art.1.*Vegam.*lib.7.c.19.Idem *Henriquez.C.L.* addit modum,quo credunt : *Dicuntur tamen*,ait *credere : Primum in fide parentum & matris Eccleſiæ,applicantium ſibi Sacramentum fidei. Deinde quia ipſo opere recepti Baptiſmi profitentur fidem & obedientiam Eccleſiæ. Tertio,quia lumine per Sacramentum infuſo habitualiter credunt,& ſunt in numero fidelium.* Diſertè *Bellarminus* lib.1.cap. x.*Infantes non habent fidem actualem, credunt fide alienâ & ipſa ſuſceptione Baptiſmi.* Cap xi.*Infantes non habent fidem actualem ; nec tamen juſtificantur ſine ulla fide,ſed infunditur illis in Baptiſmo habitus fidei,ſpei & charitatis. Parvuli actu credunt,partim reipſa dum baptizantur,partim aliena fide. Bellarmini* defenſor *Gretſerus* Tom,1.inquit: *Illud Luthera-*

theranorum (de fide infantium actuali) *delirium tam anile est, ut vix quidquam videatur anilius, vel per somnium excogitari potuisse.* Et *Tannerus* in colloq. Ratisbon. dogma de actuali Infantum fide vocat παράδοξον! Novissimè easdem calumnias repetiit *Vitus Erbermannus* Jes. in Anti-Musæo quæst, 2. §. 10. p. 38. *Quis sani cerebri, ait, sibi persuaserit, infantes fide speciali & justitia inhærente pollere? At Lutherus tamen ita statuit. Sic est, sed tam absurdè, & non modo Catholici hoc, veluti febrientis cerebri delirium, sed etiam Calviniani communiter exploserint; plures verò è Lutheranis recesserint ab eo commento, ingenueq; fassi sint, id capi & explicari non posse. Legant ergo tam insigne Paradoxum nobis è S. Scriptura, aut fateantur iterū, se condere chimeras, h. e. nō utentes ratione uti ratiōe.* Sequitur *Laur. Forerus* Jesuita im Wunder über Wunder part. 2. cap. 2. p. 323. Daß die unmündigen Kinder/wann sie getaufft werden / ohn Verstand würcklich glauben/ist ein greiffliche Falschheit/mit welcher sie die andere/von dem Lutherthumb vor dem Luther/wollen schmücken und bedecken. Darzu sie noch mehr Unwahrheiten setzen/durch falsche Außlegung der Schrifft. Post reliquos *Martinus Becanus* Jesuita in Academiis, Imperiali, *Viennensi*, Archiepiscopali *Moguntina*, Episcopali *Wirtzeburgensi* SS. Theol. Professor, lib. II. manual. cap. II. materiam hanc ex professo contra *Lutheranos* pertractavit. Quem librum, quia nec *D. Meyfartus*, nec *D. crocius* in Anti *Becan.* profligaverunt

 placet

placet eundem hîc quoad præsentem controversiam brevissimis examinare. Huic enim cum *Moguntini* objicerent, quare *unicum ex toto manuali decerpserit libellum?* Respondet *Crocius* in justâ vindicat, ad *Lect.* nullam ipsi causam fuisse, *cur in secundum & quartum pugnaret; Ille enim Luthericis, iste Anabaptistis erat oppositus.* Statim ab initio promittit *Becanus* se dicere velle 1. *quid sentiat Lutherus.* 2. *quid Lutherani.* 3. *quid Catholici.* 4. *se solvere velle objectiones Lutheri & Lutheranorum.* Quod primum attinet, duo *Luthero* adscribit §. 1. p. 484. edit. Herbipol. *primò,* quod docuerit *infantes Baptizatos habere actualem fidem*: Secundò, quòd statuerit, *fidem hanc in illis gigni ante Baptismum partim vi exorcismi, partim orationibus Ecclesiæ.* Sed ut prius, cum *Luthero* præviâ Scripturâ S. affirmamus ac defendimus: Ita posterius cum grano salis accipimus. Atque huc repetimus, quod de suis prioribus scriptis in præfat. Tom. 1. ipse affirmat: *Ante omnia,* ait, *oro pium Lectorem, & oro propter ipsum Dominum nostrum Jesum Christum, ut ista legat cum judicio, imò cum multa miseratione: Et sciat me fuisse aliquando Monachum & Papistam insanissimum &c.* Similia habet Tom. 3. in lib. cont. *Reg. Angliæ* fol. 520. seqq. Atque ita *Lutherus* semet ipsum excusavit in genere. In specie *Luthero* hic quædam adscribit Becanus, quæ *Lutheri* non sunt. Non dicit Vir, *Beatus* fidem gigni in infantibus ANTE BAPTISMUM, ac si fidem ante

Ba-

Baptismum jam habeant, cum hanc sententiam, Weigelianam, quæ omnibus infantibus, qui nascuntur, regenerationem & gratiam internam tribuit, multis in locis refutet, etiam haud obscurè hoc in loco à *Becano* citato: *Non negamus*, ait Tom.11 Jenens.*Lat.*fol. m.569 b.*parvulos esse baptizandos, nec asserimus eos baptismum accipere sine fide, sed dicimus ad Baptismum eos credere per vim verbi, quo exorcisantur & per fidem Ecclesiæ eos offerentis, & eis fidem orationibus suis* (non implorantis, ut legit *Becanus*, sed) *impetrantis.* Aliud est infantes credere ad, in & per Baptismum, aliud ante *B*aptismum. Prius asserit *Lutherus*, non posterius, quemadmodum docent partim antecedentia: *Nos*, ait, *certissimam Scripturam sequimur, quæ sine fide nec verbum, nec signum prodesse dicit. Nam hoc quod maximè jactat Cochleus, parvulos cum sint sine fide, per Baptismum justificari, fortiter negamus.* Partim consequentia; *Asserimus Parvulos prorsus non esse baptizandos, si verum est, eos in Baptismo non credere, ne illudatur majestatis Sacramentum & verbum.* Hinc *Tom.* 7. fol. 464. a. ait, getaufft werden / das heist nichts anders / dann in dem Rosinfarben Bluth Christi gebadet und gereiniget werden. *Baptismum* verò ipsum vocat *ingressum ad omnium bonorum communionem* in præf. *T*om. 11. fol. 238. a. die Tauffe ist unser einiger Trost und Eingang zu allen Göttlichen Gütern / und aller Heyl. Gemeinschafft *Tom.* 3. Jen. fol. 535. b. *puerperam*

regni

regni cœlorum. Perinde ut S. *Patres* cum appel-
larunt κλεῖδα τῆς βασιλείας τῶν ὀυρανῶν, *januam*
Ecclesię primum *introitum Sanctorum* ad æter-
nam Dei & Ecclesiæ consuetudinem, *originem*
veræ viæ, veræque justitiæ, Christianismi *investi-
turam.* Conf. meus Anti-Grot. pag. 50. Similem
perversionem animadvertimus circa vim oratio-
nis Ecclesiæ. Non dicit *Lutherus* fidem in in-
fantibus gigni ANTE BAPTISMUM, sed *ad Bapti-
smum infantes credere per fidem Ecclesiæ.* Iterum,
*per orationem Ecclesiæ offerentis & credentis par-
vulus fide infusa mutatur, mundatur & renovatur.*
Ubi non ex propria, sed aliorum mente loquitur,
quod juxta communem, & ab omnibus recep-
tam sententiam, fide aliena & per orationem Ec-
clesiæ succurri possit. Ita enim sonat integer
contextus loco à *Becano* allegato de capt. Bab l. Tô.
II. Jen. p. 274. b. *Opponeretur forsitan iis, quæ dicta
sunt, Baptismus parvulorum, qui promisionem Dei
non capiunt, nec fidem Baptismi habere possint, i-
deoq; aut non requiri fidem, aut parvulos frustra
baptizari. Hic dico quod omnes dicunt, fide aliena
parvulis succurri. Non quidem,* ut alienâ fide cre-
dant & salventur, sed ut alii credentes ex verâ fi-
de Deum invocent, quo ejusmodi infantes non
ante, sed per *Baptismum*, propriâ fide donare ve-
lit, quemadmodum alibi mentem suam clariùs
ac plenius proposuit, inprimis *Tom.* I. Isseb.
germ. fol. 217. ubi ita loquitur: Wir sagen also/
daß der frembde Glaube nicht helffe zur Selig-
keit/

keit / wann auch zwo Christenheit da stůnden/ das Kind muß selbst glauben an Christum/dann ich bin nicht für das Kind gebohren/werde auch nicht für dasselbige sterben/es hat ein eigen Todt und Geburth/sol es Leben und deß Todes loß werden/so muß es auch durch den Glauben an Christum dahin kommen. Wir bitten aber für die Kinder/wie auch für alle Unglåubige/predigen/beten und arbeiten dahin/daß die Unglaubigen und Kinder auch herzu kommen / und glåubig werden ꝛc. Paulo post: das Kind muß nicht auff meinem Glauben stehen/ ich habe für mich selbst Glaubens gnug/ich sols auch nicht allein in den Schoß der Christenheit legen / sondern in das Wort Christi da er spricht: Lasset die Kindlein zu mir kommen/ dann das Himmelreich ist ihr. Und sol also sprechen: Hie bringe ich dir Christe ein Kindlein/ das hastu mich zu dir heissen tragen/da hab ich dann mein Werck gethan / Christus wird auch daß seine thun/ꝛc. Conf. Tom. 4. Jen. germ. fol. 325. De exorcismo postmodum.

§. 10. His præmissis *Lutheri* sententiam quinque rationibus refellere conatur. PRIMA hæc *est*, quia *excepto Luthero eam sententiam nec Catholici nec Lutherani defendunt, ut paulò pòst videbimus*. Resp. *Lutherus* quomodo explicandus, jam dictum. *Lutherani* modum, quo fides propriè gignatur *per verba exorcismi*, negant; *Rem* verò *ipsam*, fidem scilicet actualem cum *Luthero* adstruunt. *Catholicos* (per quos sine dubio suos

Do-

Doctores intelligit, quamvis illud potius Catholicum sit, quod consentit per omnia sive Καθ' ὅλον cum verbo Dei & perpetua Ecclesiæ interpretatione, uti *Augustinus* Donatistis concedit epist. 48. & *Vincentius Lyrinensis* Catholicum definit, *quod semper, quod ubiq; quod ab omnibus tenetur.* *Theodosius* quoque Imperator eos solos vult dici *Catholicos*, qui *in fide cum Symbolo Niceno conveniant*: Papistæ vero, quia non consentiunt in omnibus cum verbo Dei, nec cum perpetua Ecclesiæ interpretatione: Ideo non sunt digni nomine *Catholicorum*, sed ex judicio *Cassandri* in libro de off. c. pii. viri p.35.opp. fol. 792. *Pseudo-Catholici* & *Papistæ* appellandi sunt. Contendit quidem *Becanus* lib.1. manual. c.3. Concl.5. num. 59.p.75. *Ecclesiam Romanam dupliciter sumi posse. Primo pro ea sola Ecclesia particulari, quæ olim Romæ fuit, & nunc est. Secundo pro collectione omnium fidelium, qui toto orbi dispersi adhærebant olim Romano Pontifici & nunc etiam adhærent, & hoc posteriori sensu dici 1. Catholicam, quia toto orbe diffusa. 2. Pontificiam, quia Pontifici subjecta. 3. Romanam, à nobiliori sui parte.* Conf. *VValenburch.* §.12.cap.4.part.1.meth. Sed sola significatio prior orthodoxa est; *posterior* posterioribus seculis excogitata & heterodoxa) *negare fidem infantium actualem notum est.* Lubet tamen quærere ex *Becano* anne idem doceat, quod *Lutherus.* Dixerat forte in suis scriptis prioribus, quod tamē in posterioribus melius exposuit, *Infantes credere ad Baptismum per fidem Ecclesiæ eos offerentis, & eis fidem*

suis

suis orationibus impetrantis. Jesuita id statim excipit, ac propterea *Lutherum* miris modis exagitat. Sed recognoscat propriam suam hypothesin de fide aliena. *Credunt*, ait, *Infantes aliena fide. Accõmodat illis mater Ecclesia aliorum corda ut credant; per fidem Ecclesiæ transferuntur ad vitam* §. 16. Iterum; *Fides aliena matris Ecclesiæ prodest parvulo, ut fiat vivum s. animatũ membrum Ecclesiæ. Quando enim per Baptismum inseritur Ecclesiæ, & reliquis Ecclesiæ membris unitur & conjungitur, tunc fides Ecclesiæ censetur illi communicari, & per illam fidem dicitur vivere & animari* §. 20. similiter licet haud statuant Papistæ, *Infantes credere per vim verbi, quo exorcizantur*, non dubitant tamen *exorcismo* spirituales adscribere effectus. Hinc *Franc. Toletus* lib. 2. de instruct. Sacerd. cap. XXIV. p. 152. Exorcismum *ad jurationem & increpationem maligni Spiritus* adpellat, qua *potestas ejus expellitur, atq; arcetur, ne salutem Spiritualem baptizandi impediat; qs, scilicet insita ac occulta quadam vi, Diabolos efficaciter fugere faciat*, velut ex *Bellarmin.* Tom. 2. lib. 1. de Bapt. cap. XXV. & aliis tale quid colligere licet. *Catechismus Romanus* q. 51. de Bapt. affirmat, *Exorcismum ad expellendum Diabolum ejusq; vires frangendas & debilitandas sacris & religiosis verbis ac precationibus confici.* Consecrandi modum tradunt *Agenda Coloniensi* p. 254. 271. *Gretserus* de Bened. cap. 7. pag. 89. Rationes & mysteria hujus, aliarumque ceremoniarum explicare conantur *Fr. Swarez* Tom. 2. de relig. *Vicecomes* lib. 2. de antiquis Baptismi ritibus cap. 29. Hos exorcismos & exsufflationes Satanæ esse

necessa-

necessarias, & sine illis nullum debere baptizari sancitur in *jure Canonico* de consecr. dist. 4. sive parvuli. *Becanus* exorcismum lib. 3. man. cap. VIII. p. 626. *unam ex præcipuis ceremoniis* esse dicit, quo *Diabolus expellitur ab homine baptisando, ne baptismum vel fructum illius impediat*, num. 1. quam *ejiciendi potestatem Apostoli & eorum successores immediatè à Christo habent.* n. 8. hinc laudat *Augustini* sententiam asserentis, quod *Infantes per exorcismum in regnum Christi à potestate tenebrarum h.e. Diaboli & Angelorum ejus eruti transferantur* n. 3. ita ut juxta *Chrysostomum non prius fontem vitæ ingrediantur, quam exorcismis & insufflationibus Clericorum Spiritus ab iis immundus abigatur* num. 4. SECUNDA *Becani* ratio hæc est, *quia illa sententia de fide actuali* (hanc enim duntaxat tangit) *non fundatur in Scripturâ. Nam quandocunque Scriptura N.T. loquitur de actu credendi seu de fide actuali, semper loquitur de fide adultorum, quæ oritur ex auditu, doctrinâ & prædicatione Evangelii* Marc. 16. 15. Rom. x. 14. Resp. Contrarium evidenter è *Scripturâ* S. superius §. 4. 5. seqq. fuit demonstratum. Fides oritur ex auditu, doctrina & prædicatione Evangelii, sed non *exclusivè*; aliâs nulla esset fides è *Scripturæ* lectione. *Præter* verbum ἀκουστόν, datur etiam ὁρατόν. Verbum & Sacramenta non opponuntur, sed concinnè subordinantur. *Sicut* non sequitur, *renascimur ex immortali semine*, nempe per verbum Dei, 1. Pet. 1. 23. Ergo non renascimur ex aquâ & *Spiritu*, Joh. 3. 5. Tit. 3.

per utrũq; n. fides in nobis accenditur. Hinc conjunguntur *lectio & auditus*, Apoc. 1. 3. adeò ut juxta B. D. *MentZerum T. 3. Disp. Marp. p. 3. in* Scriptura tanquam ἰσοδυναμοῦντα usurpentur *dicere, scribere, audire, legere* Conf. *Matth.* 1. 22. 11. 15. 23. 4. 4. 7. 10. 14. 17. 5. Luc. x. 26. 16. 29. Joh. 7. 38. 20. ult. 1. ep. 11. 12. 1. Tim. 4. 13. At hæc dicta ista à *Becano* citata non loquuntur *de Ecclesiâ jam constitutâ*, sed per prædicationem, respectu temporis Apostolorum, Evangelii, demum *in mundo constituendâ*, in quâ omnino requirebatur, ut erudirentur priùs in doctrinâ Evangelii & fidei, antequam vel baptizarentur, vel fidem acciperent. Atque sic concedimus in Infantibus *non eodem modo* excitari fidem, quo in adultis. Verum *à negatione modi conferendi & percipiendi ad negationem ipsius res N. V. C.* Etenim piè constitutum fuit, ut, priusquam adulti ad sacrum lavacrum adducerentur, in doctrina informarentur. Atque huc referimus illud *Basilii* serm. 1. de Bapt. *Sciendum est, quod primum docere ac instruere oporteat, atq; ita demum præclarissimo* Baptismate *ritè instructũ dignari.* Et post: *Ante Baptismum instructio præmittenda est & primum, quæ doctrinam & disciplinam impediunt, removenda.* Nec non illud *Augustini* lib. 8. Confess. *ubi imbutus est primis instructionum, non multo post etiam nomen dedit, & per Baptismum regeneratur.* Atque hæc fidei professio, quæ à *Competentibus* (ita enim dicebantur, postquam nomina dederant, apud *Augustinum*

lib.de fid.& oper.c.6.) efflagitabatur, etiam in Scripturis annotata est. Conf. *Matth.* 3. 2. Act. 8, à v. 36. ad 48. 18. 8. Profitebantur autem fidem coram testibus pluribus, si *Ephrem* fides habenda lib. de pœnit. c. 7. & quidem in loco eminentiore uti *Augustinus* l. 8. Conf. de *Victorino* refert, verbis certis conceptis, recitatisque memoriter in conspectu populi. Quæ fidei professio ante Baptismum à *Catechumenis* solebat præmitti, de qua *Ambros.* lib. 2. *Sacram.* c. 7. *Interrogatus es. Credis in Deũ Patrẽ omnipotentẽ? dixisti credo. Et immersisti hoc est sepultus es. Iterũ interrogatus es? Credis in D.N.I.C. & in crucem ejus? Dixisti credo & mersisti. Tertiò interrogatus, credis & in Spiritum Sanctum? Dixisti credo, ut multiplicem lapsum superioris ætatis absolveret trina confessio.* Deinde scripturam S. *quando de actu credendi sive de fide actuali loquitur, semper loqui de fide adultorum, quæ oritur ex auditu, doctrinâ & prædicatione Evangelii,* est τὸ κρινόμενον. Nonnunquam ita loqui, concedo; quod semper, nego. *S*isto generalia hæc Scripturæ effata: *Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his* Qui credunt *in nomen ejus* Joh. 1. 12. *H*abemus his *universalitatem* quotquot; habemus & *causam instrumentalem* τὸ credere, quæ qs. vinculum, quo Christo conjungimur, ac manus apprehendens, qua Filium Dei nobis applicamus, ut fiamus Filii Dei. *Nihil discrevit inter nos & illos, FIDE purificans corda eorum* Act. 15. 9. *Justitia Dei per FIDEM Jesu Christi in omnes, qui credunt: non enim est distin-*

ctio Rom. 3.22. *Absq; FIDE fieri non potest, ut quis placeat Deo* Ebr. 11.6. *Hæc est victoria, quæ vincit mundū, FIDES nostra* 1. Joh. 5.4. Qui credit in filiū habebit vitā æternā seu regnū cœlorū Joh. 5. 29. Hisce succēturiatur illud *Pauli* Gal. 3. 26. 27. *Omnes Filii Dei estis per FIDEM in Christo Jesu. Nā quicūq; in Christum baptizati estis, Christum induistis.* Involvimur enim universo Christi merito per Baptismum, tanquam vesti, ut in oculis Dei nil nisi justitia & sanctitas Christi appareat. Ubi probè observandum *Apostolum* de illo agere Baptismi effectu, quo fides nobis datur, & per fidem vestimur Christi justitiâ. Id quod & *Hieronymus* agnovit in Esa. 53. dicens: *Non solum, sanguine suo nos redemit sed etiā lanis operuit, ut in fidelitate algentes sua veste calefaceret, juxta illud:* Quotquot baptizati estis Christum induistis. Idem *Apostolus* Rom. 6. 3. ait: *An ignoratis quod quicunque baptizati sumus* (loquitur *in genere* de omnibus non tantum adultis, sed etiam infantibus) *in ejus* (Christi) *mortem baptizati sumus.* Deinde particula ὅσοι quicunque non accipienda *distinctivè* & *particulariter* ut Joh. I. 12. Matth. 16. 36. 1. Tim. 6. 1. Sed *collectivè* & *universaliter* Rom. 6. Ebr. 2. 15. colligit enim *Apostolus* hic in unum Judæos & gentes, liberos, & servos, adeoque cujusvis *status & ordinis* homines, ut è v. 26. & 28. patet, & respicit ad totum vocatorū cœtum, ut hic sensus sit: *Quicunque baptizati sunt,* cujuscunque sint ætatis, status & conditionis, *illi Christum induerunt.* At quomodo induunt?

 Nem-

Nempe non induitione *imitationis* ut *Estius* existimat, nec induitione *infusionis*, ut *Papistæ* cõmuniter; sed induitione *imputationis*, qua Christus *fiducialiter* apprehensus in *officio suo* inprimis *sacerdotali* ratione justitiæ suæ & meriti nobis induitur. Hæc enim principalis & pretiosissima ipsius Christi est induitio, quæ Baptismo *primario* competit, per quam sumus unum in Christo Jesu & æqualiter semen Abrahæ ac promissionis hæredes v. 28 29. ac plenè incorporamur passioni Christi. Eleganter *Basilius* Tom. 1. oper. de Bapt. p. 557 edit. Musculi inquit, *per Baptismi induitionem homines in se vitiis deformes pingi ipso Christo, & sub illo archetypo abscondi & illius præstantia honorari. Tertullianus* de resurrectione carnis cap. 26. p. 327 *per hanc induitionẽ*, ait, *carnem Christi fieri baptizatis terram sanctam per incolatum Sp. S. melle & lacte manantem per suavitatem spei &c.* Cõsentit *Casp. Contarenus* Cardin. de justif. in oper. p 592. Sed hæc induitio absque fide fieri nequit, quippe quæ operatur filiationẽ spiritualẽ nostrã *immediate* per fidẽ in Christum Iesum v. 26. uniti n. filio *diligimur in dilecto*, ut filii dilectissimi Eph. 1. 6, ut ita beneficiorum Christi applicationem & spiritualem in Christo unionem non nisi per fidem habemus.

§. 11. TERTIA Becani ratio est, quia *repugnat patribus qui negant Infantes habere actum fidei, quando Baptizantur* §. 5. in quem finem adducit *August.* in epist. 23. ad Bonifacium Episcopum, epist. 57. ad *Dardan.* quæst. 2. lib. 4. de Bapt. contra *Donatist.*

*nist.*c. 24. Resp. Non dicimus infantes habere *actum fidei*, quando baptizantur, hoc sensu, ac si ante hanc divinam actionem illam jam possideant; sed credimus ac profitemur illos accipere fidei actum *in & per Baptismum*. Scripturæ vox est, *Baptismum fidem operari* Gal. 3. 27. (quo in loco Apostolum agere de illo Baptismi *effectu*, quo fides nobis datur, jam dictum) Hanc enim per hoc medium divinitus institutum Spiritus S. incendit, & gratiam confert in infantibus quidem perpetuo, in adultis verò aliquando, & tum demum, cum Spiritui S. malitiosè non repugnaverint. Quæ ipsa fides non est *nudus & otiosus habitus*, sed *viva & efficax* & juxta Scripturam S. *fiducialis apprehensio Christi* ad vitam æternam. Idem docent S. *Patres*, quoties Baptismum vocant φωτισμὸν illuminationem propter lucem veræ agnitionis & fidei, quæ per Baptismum accenditur: ἀναγέννησιν, θεογενεσίαν, ὁδοποίησιν, *fontem divinum*, *Christianismi investituram*, *fidei Sacramentum*, non solum quia obsignant divinas promissiones, sed etiã quia Spiritus S. per illud fidem operatur, auget & confirmat. Conf § 9. Eleganter *Irenæus* seculo post Christum secundo lib. 2 c. 39. *omnem ætatem Christus sanctificat per illam, quæ ad ipsum erat, similitudinem: omnes, inquit, omnes venit per semetipsum salvare: omnes, inquã qui per eum renascuntur in Deum, infantes & parvulos, & pueros, & juvenes, & seniores. Ideo per omnem venit ætatem, & infantibus infans factus, sanctificans infantes: in parvulis parvulus, sanctifican*

hanc ipsam habentes ætatem. Unicum huic sententiæ opponit *Becanus* Ecclesiæ Doctorem (quamvis illam *Patribus repugnare* asserat) *Augustinum* scilicet, cujus tamen auctoritas sola tanta non est, ut ideo Scripturam, infantium fidem disertè affirmãtem, deseramus. Sed & negamus loca ex *Augustino* objecta nostræ sententiæ adversari, si penitius inspiciantur, tum quoad *antecedentia*, tum quoad *consequentia*. Nam in istis B. *Augustinus* infantibus veram, actualem & vivificam fidem (quam tantopere contra *Pelagianos* asserit) non denegat, sed *vel* negat infantes esse fide præditos ante Baptismum, *vel* eorum fidem accidentibus quibusdam, maximè externa confessione, ab adultorũ fide distinguit: ut ita *modum, consequentia & actum reflexum*, vel sensum fidei talem infantibus solùm deroget, qui in adultis deprehenditur; nuspiam vero *fidem propriam*, aut eandem specie illis adimat, sed omnia quæ ad fidei, ùt in actu justificationis consideratur, essentiam, pertinent, infantibus baptizatis tribuat. Quapropter *Augustinus* ex *Augustino* explicandus, qui non tantum Tom. 7. lib. 1. de peccat. mer. c. 33. col. 290. parvulos expresse vocat *fideles*, quos *nullus Christianorum dixerit inaniter baptizari*, lib. 4. contra Donat. de Bapt. c. 23. col. 57. cùm *illis occulta gratia, quando baptizantur, infundatur*, lib. 1. de peccat merit. c. ix. col. 279. *ita ut in illis, quãvis id nesciant, habitet Spiritus S.* Tom. 11. Epist. 57. ad Dardan. (quem locum quidem citat *Becanus*, sed imperfectè,) quæst. 2. col. 278. Sed

& cap.

& cap.25.lib.1.de pecc.mer. Tom VII.col.255.his verbis exorditur: *Proinde parvuli si per Sacramentum, quod ad hoc divinitus institutum est, in credentium numerum non transeunt, profectò in his tenebris remanebunt.* Vid. D.*Chemnit.*in Exam.Conc. Trid.ad.can.XIII. part.2. pag.54.55. Quod attinet loca objecta, in illis satis feliciter sese explicat *Augustinus*, modo attendamus *antecedentia & consequentia.* In epist. 23. ad *Bonifacium* Episcopum, quæ extat Tom.2.p. 31.C. edit. Colon. Baptismum non tantum *fidei Sacramentum* appellat, sed & in eodem *Spiritum intrinsecus operari beneficium gratiæ, solvere vinculum culpæ, reconciliare bonum naturæ, regenerare hominem in uno Christo ex uno Adam generatum*, asserit. Subjungit pag.32.F. *Nihil aliud est credere, quā fidem habere. Ac per hoc cum respondetur parvulus credere, qui fidei nondum habet affectum, respondetur fidem habere propter fidei Sacramentum, & convertere se ad Deum propter conversionis Sacramentum, quia & ipsa responsio ad celebrationem pertinet Sacramenti. Sicut de ipso Baptismo Apostolus:* Consepulti, *inquit*, sumus Christo per Baptismum in mortem. *Non ait, sepultur im significamus, sed prorsus ait:* Consepulti sumus. *Sacramentum ergo tantæ rei, non nisi ejusdem rei vocabulo nuncupavit. Itaq; parvulum etsi nondum fides illa, quæ in credentium voluntate consistit, jam tamen ipsius fidei Sacramentum fidelem facit. Nam sicut credere respondetur, ita etiam fidelis vocatur, non rem ipsa mente annuendo, sed ipsius rei Sacramentum accipiendo.* In quibus verbis *Augustinum* loqui de *sensu fidei*, vel quæ sese per vo-

luntatem exerit, in propatulo est. Verba epistolæ 57. ad *Dardanum*, si integrè, prout leguntur Tom. 2. pag. 96. A. legantur, nostram sententiam potiùs confirmant. Ita enim ibidem: *Nescire divina parvulos, qui nec humana adhuc noverint, si verbis velimus ostendere, vereor ne ipsis sensibus nostris facere videamur injuriam, quando id loquendo suademus, ubi omnes vires* (al. aures) *officiumq; sermonis facillimè superat evidentia veritatis*. Paulò post: *Dicimus in Baptisatis parvulis, quamvis id nesciant, habitare Spiritum Sanctum. Sic enim eum nesciunt quamvis sit in eis, quemadmodum nesciunt & mentem suam: cujus in eis ratio, qua uti nondum possunt, velut quadam scintilla sopita est, excitanda ætatis accessu. Neq; hoc in parvulis mirum videri debet, cum Apostolus quibusdam etiam majoribus dicat* Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis. Quod attinet vocis *ejulatum ac corporis motum* infantium reluctantium, quando Baptismum aquæ suscipiunt, potest is ab æternis *aeris & aquæ* qualitatibus provenire, præsertim cum is nec semper, nec ab omnibus excitetur. Nec omnis renitentia naturalis semper peccaminosa est, quemadmodum patet de Christo Matth. 26. 39. piis & fidelibus agonizantibus, imo de infantibus circumcisis. Idem *Augustino* objectum fuisse à *Pelagio* non obscurè apparet è lib. 4. contra *Donatistas* cap. 23. Tom. 6. pag. 52. F. ubi respondet: *Quod traditum tenet universitas Ecclesiæ, cum parvuli Infantes baptizantur, qui certè nondum possunt corde credere ad justitiam, & ore confiteri ad salutem, quod la-*

tro po-

stro potuit: quin etiam flendo & vagiendo cum in eis mysterium celebratur, ipsis mysticis vocibus obstrepunt, & tamen nullus Christianorum dixerit eos inaniter baptizari. Eodem in loco occurrit ultimus locus à *Becano* citatus, ubi similiter de tali fide sermo instituitur, quæ in credentium *voluntate & externa professione* consistit. Verba ita sonant cap. 24. 6. *In Infantibus qui baptizati moriuntur eadem gratia omnipotentis implere credenda est, quod non ex impia voluntate, sed ex ætatis indigentia, nec corde credere ad justitiam possunt, nec ore confiteri ad salutem. Ideo cum alii pro eis respondent, ut impleatur erga nos celebratio Sacramenti, valet usq; ad eorum consecrationem, quia ipsi respondere non possunt.* Atque ita vindicavimus *Augustinum*. Addit tamen *Becanus* part, 3. Theol. Scholast. tract. 2. cap. 10. quæst. 2. pag. 625. *Gregorium Nazianzenum* asserentem oratione in sancta Lumina, *infantes sine sensu sanctificationis sanctificari.* Verum N. V. C. Infãtes non sentiunt se sanctificari, E. non sanctificantur. *Spiritus* enim *ubi vult spirat & vocem ejus audis, sed nescis, unde veniat, aut quo vadat; sic & omnis, qui natus est ex Spiritu, ait* Christus Ioh. 3. 8. Quia ergo infantes *sensu illo fidei* destituuntur, ideo idem *Nazianzenus* orat. 40. in S. Baptismum fol. 634. editi, Basil. ann 1571. *Iacobo Billio* interprete, geminum dat consilium; *Vnum* ut infantes, quibus periculum vitæ imminet ex morbo, initientur Baptismo; quia, *præstet sine Sanctitatis sensu sanctificari: quam citra Baptismum atq; initiationem è vita discedere:* quod probat argumento *à circumcisione* desumpto. *Al-*

terum Consilium est, quod de reliquis infantibus, qui non sunt adeo infirmæ valetudinis, censet, ut *triennio exspectent, aut aliquantum breviori, vel longiori spatio*. Quod posterius tamen meritò cum *aliis Patribus* improbat *Bellarmin*. lib. 1. de Sacr. Bapt. cap. 9. §. undecimum argumentum. *Laurentius Forerus* im Wunder über Wunder part. 2. cap. 2. pag. 328. ait *sententiam Lutheranorum pugnare cum tota antiquitate*. Unde præter *Augustinum* allegat *Iustini Martyris* quæstiones ad Orthod. nec non *Ambrosii* comm. in epist. ad Ebr. cap. 10. Verum scripta hæc vel *supposititia* esse, vel *dubiæ saltem fidei* demonstrant *Sylburgius* in præfat. Iren. pag. 12. in annot. p. 412. *Wittakerus, Schultetus, Gerhardus, Cocus* & concedunt *Possevinus, Bellarminus, Azorius, Salmeron, Baronius* aliiq;. *Bedæ* verò & *Bernhardi* testimonia, quæ C. L. adducit *Forerus*, tantum insinuant Ecclesiam s. fideles infantibus precibus suis fidē impetrare, & pro ipsis fidei confessionem edere posse. Id quod non negamus.

§. 12. QUARTA *Becani* ratio est, *quia multa absurda sequuntur ex sententiâ Lutheri, ex eo quòd asserit infantibus dari fidem in exorcismo ante Baptismum*. § 4. Verùm cum larvis pugnat *Jesuita*. Non dicit *Lutherus* per sola verba exorcismi infantibus dari fidem; Multò minùs asserit ante Baptismum illos credere: sed dicit *ad Baptismum*, bey der Tauffe/ eos credere per vim verbi, quo exorcisantur, & fidem Ecclesiæ eos offerentis, & eis fidem suis orationibus impetrantis. Quæ non sunt divellenda,

ſed maxime conjungenda. Idem etiam reſpondemus ad QUINTAM rationem, quâ ſententiam *Lutheri* deſtruere conatur, ex eo, *quòd nitatur falſis principiis*, § 5. Verùm affinguntur *Luthero* principia, quæ ipſe pro principiis minimè habet. Non loquitur *excluſivè* quaſi *ſeorſim* vel exorciſmus, vel orationes Eccleſiæ fidem gignãt, ùt exiſtimat, § 7. Sed *conjunctim*, quatenus ad unam continuam actionem Sacramentalem adhibentur. Hinc Tom. v. Ien. germ. in confeſſione 17. articulis comprehensâ, art. 8. fol. 16. b. *donationem fidei præter verbum prædicatum* etiam expreſsè *Sacramento Baptiſmi & Eucharistiæ adſcribit*. In ſpecie quod attinet *exorciſmum*, eſt ille nobis non pars Baptiſmi *eſſentialis*, ſed *ritus* retentus in noſtris quibuſdam Eccleſiis liberè & quidem σημαντικῶς non ἐνεργητικῶς ex illâ (ante Anti-Chriſtum virum factum) antiquitate, quando viguit donum ejiciendi ex obſeſſis Dæmones, ut patet ex *Juſtino* in Dialogo cum Thryphone, *Tertulliano*, *Cypriano*, *Lactantio* apud *Gerhard*. LL. CC. de Bapt. § 263. Sed poſtea ad omnes Baptizandos etiam infantes derivatus eſt, ceu ex *Greg. Nazianz.* orat. 40. col. 657. *Auguſtino* Tom. IV. de fid. & oper. c. 6. col. 26. patet. Hoc hodie in noſtris obſervatur Eccleſiis, tũ *propter pias commonefactiones* de peccato originali aliisque, tum *propter confeßionem publicam* & teſtimonium illuſtre Eccleſiæ, oppoſitum impiis deliramentis *Pelagianorum*, *Enthuſiaſtarum*, *Anabaptiſtarum*, *Swenfeldianorum & Calvinianorum*, credentium

tium liberos propter generalem promissionem *Abrahæ* factam, etiam ante & citra Baptismum societate fæderis divini & regni Cœlorum hæreditate gaudere extra casum privationis, contendentium. Quod si fortè *Becano* B. *Lutherus* plus justo liberalius: quod tamen nondũ videmus, hic fuerit locutus, id condonandũ ipsi potius, quam exprobrandum, repetentes, quod in simili casu de *erroribus Papisticis* scripsit Tom. 3. in lib. cõtra *Regem Angl.* fol. 520. *Veritate agnita coactus sum quadam meorum retractare, sicubi bona de Papatu & de iis, quæ extra Scripturam docentur, scripsi, quæ adhuc revoco & ex animo doleo, si quam syllabam pro bono Papatus & regni sui unquam scripsi, rogoq; meos Lectores, dignentur prudenter meos ejusmodi errores cavere* &c. Ibidem fol. 521. addit: *Si hoc est sibi non constare in dogmatibus, ut Rex Thomisticus definit, si quis aliter sentiat cognitâ veritate & errore revocato, quàm antea senserat; obsecro, quis vel sapientissimorum vel sanctissimorum virorum sibi unquam constitit? damnabimus Pauli epistolas universas, quod ille post conversionem penitus stercora vocat, quæ antea in Judaismo sibi lucra fuerant? Damnemus & Augustinum, qui singulari libro multa retractavit, & longè contraria primus docuit. Quin juxta hujus Regis sapientiã inæstimabilem peccatores desinant pœnitere, & sententiam in melius mutare, ne Rex Angliæ iratus, libro edito damnet eos inconstantiæ, & dissentionis propriæ.* Similiter quod concernit *orationem*, retinetur ea, ùt ceremonia Apostolica, cùm necessariis

ae utilis sit, *tum ante Baptismum* ex universali ratione, quòd pro omnibus omnino hominibus sine discrimine status, sexus vel ætatis sit orandum, 1. Tim. II. 1. 2. Conf. Matth. v. 44. 19. 13. Luc. 23. 34. Esa. 53. ult. Quas preces Ecclesiæ & quorum vis piorum in nomine Christi congregatorum, Matth. 18. 19. eumque ex vera fide invocantium, Joh. 16. 24. Christus promisit se exauditurum, Psal. 50. 15. 86. 6. Matth. 7. 7. Johan. 14. 13. 15. 7. Huc facit assertum *Christi*, Matth 18. 19. & *Jacobi*, cap. 5. 16. *Tum in Baptismo*, ut Christus memor promissionis suæ per Spiritum S. in infante efficax sit, Baptismo benedicat, eumque verâ ac propriâ fide donet. Atque huc spectat exemplum *Christi*, qui in Baptismo suo orasse legitur, Luc. 3. 20. 21. & *Apostolorum*, Act. 22. 16. Mandatum quoque *Christi*, infantes sibi offerri jubentis. Matth. 19. 14. Marc. 10. 14. Luc. 18. 16. Id quod fit piis precibus. Conf. 1. Tim. 4. 5. proinde corcidit *Becani* pronuntiatum, §. 8 *Lutherum* assertionem suam de precibus Ecclesiæ pro fide infantium *neque ex Scripturâ, neque ex traditione* (Apostolica) *ostendere posse*. Quando verò petit sibi à Luthero probari. *Deum infallibiliter & quasi certâ lege velle infantibus dare fidem propter orationem Ecclesiæ.* Tum insigniter (ut mittamus hypothesin *de intentione ministri*, quam tacitè hîc subinnuit *Becanus*) *Lutheri* mentem pervertit, qui non *absolute & simpliciter* de quibusvis Ecclesiæ precibus loquitur, sed de iis, quæ fiunt ad Baptismum & propter Baptismum

mum; non propter sed per orationem Ecclesiæ, non in exorcismo solùm, sed & in Baptismo precibus piorum Infantibus fidem impetrari posse. Unde patet, quid de primo Becani articulo statuendum.

§.13. *Articulo secundo* proponit *Becanus* Lutheranorum sententiam. Hi, inquit, §.9. *in tres partes divisi sunt. Aliqui docent cum Luthero, infantes in Baptismo habere veram fidē, quâ credant in Christum, ut Leonardus Hutterus* in compendio Loc. Theol. c.20. de Bapt. q. 11. *Alii habere pios quosdam motus seu inclinationes in Deum; sicut habuit Johannes Baptista, quando exultavit in utero matris ut Philippus* in locis anni 1558. tit. de Bapt. parvul. *& Lutherani in conciliabulo Witteb. Alii habere utrumq; & veram fidem, quâ credant in Christum; & pios motus seu inclinationes in Deū, ut David Chytræus* in Catech. ann. 1589. cap. 7. de Bapt. *Omnes tamen*, pergit, *dissentiunt à Luthero in eo quòd dicant, hujusmodi fidem, vel motus non gigni in Infantibus per vim verbi exorcismi, sed in Baptismo per Spiritus S. virtutem & operationem.* Tandem subjungit *Chemnitium & Jac. Heerbrandum*, fatentes *hanc doctrinam nec intelligi nec explicari posse.* Atque hic est maximus ille Ecclesiarum nostrarum dissensus, quem etiam hincinde nobis objiciunt *Hosius* lib. de fid. & symb. cap. 25. fol. 49. *Chavass.* in profess. §.28. p.155. *Gretserus* p.5. Labyrinthi, *Eisengrein* p. 225. de Eccl. *Georg. Tyskwitius* in Theol. Antilogicâ. Verum ab aliis jam dudum demonstratum, Ecclesiam Romano-Pontificiam non esse unam

unitate fidei & doctrinæ, sed *in rebus fidei gravissimis & ab Ecclesiâ definitis* dissentire, *D. Iacobus Reihing* è Societate Iesu Augustanæ Confessionis socius duo inprimis objecit illis dissidia. *Primum* exemplum dissidii fuit inter *Sixtum* v. *& Clementem* VIII. circa *editionem Bibliorum vulgatam*. Nam quam *Sixtus* publico decreto approbavit, & ab omnibus tanquam emendatissimã haberi recipique jussit, eam mortuo *Sixto Clemens* supressit, quod gravia periculosaque menda contineret, & aliam, expurgatis mendis, procuravit promulgavitque, cui tamen quasi Sixtinæ, nomen *Sixti* ad celandam dissensionem præfixum reliquit &c. ut multis deduxi disp. III. contra Concil. Trident. §. 5. 6. inprimis è *Petro suavi Polano*, cujus fidem & sinceritatem licet in aliis desideret, eandemque vehementer traducat *Scipio Henrici* in Messanensi Academia *Doctor Theologus* in censura Theologica & historica adversus eundem *cum facultate Superiorum* Dilingæ ann. 1654. edita: illis tamen, quæ ab eodem de prioribus V. sessionibus recensentur, tacitè subscribit, dum *in mendaciorũ*, ut putat, *relatione à sessione VI. initium faciat. Nam eorum quæ ad præcedentes pertinent, tam secus censor esse non vult* sect. 2. art. 2. pag. 135. de quibus *volente Iehova*, in dispp. contra Concilium Tridentinum pluribus. *Alterum* Papisticæ discordiæ exemplum dedit *Dominicanorum & Iesuitarum de prædeterminatione gratiæ prævenientiæ* gravissimam contentionem, eo usquè exerescentem, ut *Dominicani* Jesuitas *Pelagianismi*; hi verò il-

los *Calvinianismi* arguerint. Nos addimus dissidium illud ingens (ne habeat, quod excipiat *Becanus* in præf. Tom.1. opusc.14.pag.897. oper. *Theologos dissentire in iis, quæ in opinione sunt posita: in reliquis quæ aut fide aut certa cognitione tenentur, mirè inter se convenire*; cum quæstio hæc juxta *Salam* apud *Tannerum*, *Bellarmin*. lib. 2. de Concil. c.17. *Greg. de Valentia* Tom.3. Col. 344. ipsam fidem concernat) quod fovent de totius Papisticæ religionis principio, *Pontifice scil. Romano*, à cujus autoritate infallibili, *Bellarmino* judice, *firmitas omnium dogmatum pendet* lib.2.de Sacram.cap. 25. Et quidem in *Concilio Florentino & Lateranensi* definitum esse: *An Pontifex sit supra Concilium* contendit *Melchior Canus* LL.CC. lib.5.cap.ult. *Scipio Henrici* urget Concilium *Ephesinum & Chalcedonense* sect. 3.art.3.pag.159.in quibus hoc *apertissimè declaratum*, ibid. Quæstionem quidem ipsam affirmant *Bellarminus* lib. 2.de concil.cap.13.14. *Tannerus* Tom.2. Theol. Scholast. disp. 5. q 5. dub.4.n.124. *Thomas à Vio* (contra quē *Almain* librum scripsit de hac materia) *Pighius* lib. 6. de Hierarch, Eccl.c.13. *Augustinus Anconita* lib. de potest. Eccl. quæst.6.art.6. Conf. *Franc. Coriolanum* in summa Concil.p.36. *Ludov. Cellot*. lib.4. hierarch cap. 10. Quærit *Vitus Erbermannus* Jesuita in Irenico Anti-Calixtino part. 2. cap. 5. *an ergo independenter à Concilio Oecumenico possit summus Pontifex absque erroris periculo definire fidei controversias?* Et respōdet, *potest omnino*. Quam responsionem defendit in animadv. in ostens. D. Tini g.35. § 9. his verbis

Nihil

Nihil in hoc articulo C. Bellarminus, nihil P. Gregor. de Valentia, nihil cum cæteris Iesuitis ego novissimus sensimus, scripsimusq;, nisi quod ante nos nobiscum pleriq; alii. Unde D. *Tuum ad Melch. Canum, Rheginonem Abbatem Prumiensem, S. Gregorium, Philipp. Præsbyt. Apostolicæ sedis coram 3. Concilio generali (Ephesino) Legatum idem statuētes,* remittit. Conf. quælt. 6. p. 84. 85. Negant tamen Papam definivisse, ut *decretum fide Catholica* tenendum *Bellarmin.* lib. 2. de Concil. cap. XIII. §. deinde. *Tannerus* Theol. Scholast. Tom. 3. disp. 1. quæst. 4. *Forerus* in antiquit. Papat. lib. 1. cap. 19. p. 498. Sed alii quæstionem *an Concilium sit supra Papam* affirmant, ut *Ioh. Gerson gravis Theologus* (verba sunt *Adami Tanneri* p. 1. disp. 3. q. 7. dub. 5.) *ac vir undiquaq; doctissimus ac piissimus* sermone pro *Rege Roman. Sigismundo,* qui habitus fuit die 21. Iul. ann. clↄ cccc xv. *Ioh. Major* in 4 dist. 15. quæst. 14. & in disp. de Concilii autoritate supra Pontificem. *Almain* tract. de autorit. Eccl. *Petrus de Alliaco* Episcopus Cameracenus & Cardinalis lib. de potest. Eccl. part. 3. cap. ult. *Nicolaus Cusanus* in tract. de concord. Canon. lib. 2. cap. ult. *Alfonsus Tostatus* (de quo *Bellarminus* lib. de Script. Eccles. veterem versiculū recitat, *Hic stupor est mundi, qui scibile discutit omne*) defens. part. 2. cap. 30. *Dionysius Carthusianus* lib. 1. de auctor. Papæ & generalis Concilii art. 31. *Alphonsus de Castro, Occam, Æneas Sylvius,* postea Pius 2. Pontifex dictus de gestis Concilii Basileensis fol. 5. *Ioh. Turre cremata, Franc. Victoria* tract. de Pontif. relect. 2. *Malderus* tract. de virt. & vitiis fol. 41. Urgent in

IV. Concilis, *Pisano, Ferrariensi, Constantiensi & Basiliensi* esse definitum; ut ita à Papa ad *Concilium Oecumenicum* provocarint Academiæ *Parisiensis, Coloniensis, Lovaniensis, Viennensis, Cracoviensis*. Imo dicunt *Basiliense Concilium* contrarium sentientes vocare *Papalistas, Pseudo-Catholicos, Papistas*. Unde ob hunc dissensum Papa in *Concilio Tridentino* (quod *ad plurimas & perniciosissimas hæreses extirpandas, ad corrigendos mores & restituendam Ecclesiasticam disciplinam, ad pacem & concordiam Christiani populi procurandam erat inductum*, ut loquitur Bulla *Pii* IV. super confirmatione Oecumenici generalis *Concilii Tridentini*) decreto cavit, *ne legati ejus quenquam de auctoritate Romani Episcopi quicquam proponere permitterent*. It. *ne unquam quacunq; de causa ad disputationem de auctoritate Papæ veniatur* apud *Polanum* in hist. Concil. Trid. p. 146. 180. Reliqui tamen Præsules id mox odorati sunt, eaque de causa *postularunt diploma instructionis Legatorum Papalium videre*, quod *nonnisi insigni artificio à se declinatum fuisse* Legati in literis ad Paulum P. III. gloriantur, *Polan*. p. 146. Nihilominus tamen in *Concilio Tridentino* Concilii potestatem supra Pontificem definiendam esse acriter contendunt *Ferdinandus* I. Imper. *Hispani, Galli*, Cardinalis *Lotharingus*, Episcopi *Conimbricensis, Lucensis, Viterbiensis, Segoviensis, Bitontinus*. Sed quid ad hæc *Polani* antagonista *Scipio Henrici*? Certe silentio suo hasce Præsulum digladiationes approbat, illamque *veram & Catholicam sententiam* esse dicit *Romanum Pontificem esse simpliciter supra Concilium*

ilium sect.3! art.3. p. 158. Rationes quas adfert alii occasioni reservamus. Hic ad *Becanum* revertimur, negantes *Lutheranos in tres partes divisos*, cùm omnes in eo conveniant. Spiritum S. per Baptismum, fidem in cordibus Infantium operari, per υἱοθεσίας, remissionis peccatorum & vitæ æternæ participes reddantur. *In sensu* ergò conveniunt, nec à Luthero discedunt, quamvis verbis nonnunquam discrepent. Non dicimus fidem Infantium esse *nudum & otiosum habitum*, omni planè actu & ἐνεργείας destitutum, sed *vivam & efficacem fidem*. Hinc quoque Scriptura Infantibus tribuit proprietates & effecta fidei, scil. quòd *Deum laudent*, Psal. VIII. 3. *agnoscant*, 1. Joh. II. 14. *vincant mundum*, 1. Joh. V. 4. Conf. §. 5. Una quidem est fides salvifica, attamen & ὀλικῶς & μερικῶς, *materialiter & formaliter* illa considerari potest. Quidam priori, quidam *posteriori respectu* fidem accipiunt. Ità quoque quidam actus vel, *ut Philippus* loquitur, motus, ipsam fidem constituunt, quidam verò fidem consequuntur, quales sunt motus quicunq; virtuosi, veluti sunt *charitas, patientia, humilitas* aliique, de quibus *Chytræus*, qui ad fidem non concurrunt, quatenus justificat, sed ab eâ diversi sunt actus. Denique, quòd attinet *Chemnitium & Heerbrandum*, illi non negant *actum & formam fidei infantium*, sed de *fidei infantilis quantitate & modo* monent, nos non debere esse solicitos, sed illâ simplicitate acquiescere, infantes *verè credere* & per fidem in Baptismo, *gratia Dei, remissionis peccatorum*

regenerationis & salutis æternæ participes fieri. Hisce observatis suà sponte corruunt, quæ magno molimine adducit articulo secundo.

§. 14. *Articulo tertio Beccanus* Catholicorum (Pontificiorum) sistit sententiam. *Catholici*, inquit, §. 15. *docent, infantes dum baptisantur, tametsi non habeant propriam fidem actualem, neq; etiam novos motus & inclinationes distinctas à fide, non tamen justificari sine omni fide*. Verùm eo ipso dum *Becanus* concedit infantes non justificari sine fide, approbare tenetur etiam fidem infantium non esse *nudum ac otiosum habitum* omni planè actu destitutum, eo quod vera fides sit *fiducialis apprehensio Christi* ad vitam æternam. Subjungit tamen modum, quo id fiat. Nēpe *primò, quia in Baptismo infunditur illis habitus fidei, sicut etiam habitus spei & charitatis.* Sed jam concesserat *Becanus*, *infantes non justificari sine omni fide*, quod etiam concedit *Bellarminus*, qui exinde infert: *E. tribuere parvulis justificationem sine fide, est fingere novam justificationem contra Dei verbum*: Et tamen quando tum *Becanus*, tum *Bellarminus* fidei habitum opponunt fidei auctuali, annō *otiosum saltem fidei habitum* Infantibus tribuunt? Certè *Jesuitæ* habitualem fidem ab omni actu sejunctā, quam infantibus tribuunt, nec describere hactenus, nec probare potuerunt. Quid enim est absoluta illa & potentialis, & in se terminata fidei qualitas? Nonne Diabolis etiam competit? Nonne Sphinx & inane nomen est? Quòd si verò habitum *relativè* intelligit *Becanus*, quatenus apprehendit & applicat sibi Christi meritum, cur suam sententiam nostræ opponit? Quanquam Jesui-

tam reverà intelligere *absolutam fidei qualitatem* ex adjunctis patet. Idem etiam ex aliis sociorum suorum, principiis claret. Quod enim pro *habituali* contra *actualem* fidem adeo acriter disputant, è duabus potissimum falsis proficiscitur hypothesibus. *Prima* est, quod *justificare sit justitiam infundere.* Hinc justificationem non accipiunt *sensu forensi* pro actione Dei judicis, versantis circa absolutionem rei; sed *sensu* in Scripturis vel *rarissimo* vel *inaudito*, secundum *compositionem latinam grāmaticam*, ut justificare idem sit, ac *habitualiter justum facere*, sive justitiæ inhærentis qualitatem infundere, quā justitiæ infusionem sequi absolutionem rei, contendunt. *Becanus* lib. 1. manual. cap. 16. p. 388. ab initio hanc ponit justificationis definitionem: *justificatio*, inquit, *nihil aliud est, quam mutatio, qua quis ex impio s. peccatore fit justus*, & illustrat; *Sicut sanatio est mutatio, qua quis ex ægroto fit sanus.* Quæ definitio ex *Aquinatis* summa Theologica desumta est. Ita enim ipse definit: *Iustificatio est transmutatio de statu injustitiæ ad statum justitiæ.* Sed utraque falsa est, quia præsupponit falsam illam vocabuli Iustificationis expositionem: Sicut *sanctificare est sanctum facere, ita justificare erit justum facere*, quam *Bellarminus* lib. 2. de justific. c. 3. *Stapletonus* Tom. 1. oper. proleg. in lib. 5. de Just. *Costerus* in Enchirid. c. 6. *Becanus* part. 2. Theol. Scholast. tract. 4. c. 3. q. 1. pag. 269. oper. aliiq; *Pontificii* adferunt. Deinde *Becanus* suam mentem ita explicat n. 2. *Nos ita sentimus: Ante justificationem requiruntur aliquæ dispositiones animi in homine peccatore, quæ illum præparent ac*

 disponant

disponant ad internam justificationem, ut fides, timor, spes, dilectio, contritio, propositum melioris vitæ & observationis mandatorum Dei (*Concil. Trident. sess. 6. cap. 6.*) *His dispositionibus præmissis, sequitur ipsa justificatio, id est, acquisitio s. infusio justitiæ inhærentis. Cujus justitia duplex est effectus formalis; alter expulsio s. remissio peccatorum; alter sanctificatio & renovatio interioris hominis. Utergs respectu nostrûm gratuitus* (*Trident. ibid. cap. 7.*) *Vitus Ebermannus* in Anti-Musęo quæst. 9. § 2. p. 105. *Papistarum* sententiam ita sistit: *Iustitia, quâ nos corã Deo justi censemur & sumus formaliter, non est justitia Christi extrinsecè nobis imputata: sed donum intrinsecè nobis inhærens à Deo nobis infusum ac habitualiter permanens.* Sed ab aliis hæc dudum cum jam sint discussa, hic actũ agere nolo. Post reliquos videatur D. *Crocii* Ant. Becanus Tom 2. controv. 16. p. 694. ubi similiter Scripturæ dicta, quæ pro *justitia inhærente* adfert *Becanus*, vindicantur; quæ tamen omnia à *Moguntinis* in animadv. *pro more præterveheuntur*, quemadmodum conqueritur D. *Crocius* in justa vindicat. Tom. 2. p. 658. *Altera* Papistarum hypothesis est, quod duplex sit justificatio, *alia* prima, *alia* secunda. *Illa* ipsis est infusio charitatis *formaliter* justificantis: *Hæc* est præstatio operum *meritorie* coram Deo justificantium. *Illa* vocatur habitualis atq; formalis, *hæc* actualis & materialis: *Illa* gratuita, *hæc* meritoria est: *illa* hominis renovatio, *hæc* justitiæ continuata progressio: Atque huc eorum simil a spectant: *Sicut calefactio est motus ad calorem, & sicut tenebræ dispelluntur à luce: sic*

quoq;

quoq; peccatum expelli & gratiam habitualem infundi. Conf. *Bellar.* de justific. lib. 1. c. 14. 18. lib. 2. c. 3. lib. 4. c. 17. 18. *Costerus* in Enchirid. de Justific. *Coloniens.* in censf. *Becanus* ait C. L. *ex sententia Catholica justificationem esse geminam, primam & secundam. Illam consistere in acquisitione justitiæ: hanc in augmento ejusdem. Illam esse gratuitam, hanc ex meritis bonorum operum.* Conf. quæst. 5. p. 270. seqq. oper. quæst. 13. p. 275. manual. lib. 1. cap. 16. *Vitus Ebermannus* C. L. hanc ponit *assertionem*, ut putat, *Catholicam: Iustitia formalis s. sanctificatio alia est prima, qua ex peccatore fit justus. sanctus, filius* Dei *adoptivus, ac planè gratuita est: Alia secunda, quâ ex justo fit justior. Necessaria tamen est in adultis dispositio ad justificationis gratiam acquirendũ: quia qui fecit nos sine nobis, non salvabit nos sine nobis. Inter eas autem dispositiones prima & radix cæterarum est Fides.* Hinc disputant illos, qui justificantur & salvantur absq; operibus, per *solum infusum habitũ fidei & justitiæ Inhærentis* justificari & salvari. Horũ autem duas constituunt classes: Una est *infantium*, qui justificantur & salvantur absq; operibus propter *solum habitum* fidei, charitatis ac spei, & quidem sine ulla prævia dispositione, ut disertè loquitur *Becanus* C. L. quæst. 5. §. 6. p. 270. Altera *Adultorum*, sed recens conversorum & statim, vel non multo post morientium, est, qui absq; operibus salvantur per infusam justitiam, ita ut eam præcedant dispositiones ex præveniente gratia. Verum *ut unius rei unica solum est forma*; ita unius justificationis non sunt *duæ formæ*, quarum *altera* sit

 infusio

infusio charitatis vel justitia habitualis; *altera* operum meritoriorum præstatio, vel justitia actualis. Scriptura S. unam eandemq; justificationem *infantium & adultorum* quorumcunque tradit Luc. 18.17. ubi proponuntur βρέφη, ad quorum exemplum adulti credere ac salvari debent. Hinc ut *una fides, unus Deus, unus Baptismus* Eph. 4.5. ita & una *infantium & adultorum* ad cœlum via, de qua pulchrè *Augustinus* lib. de nat. & grat. cap. 4. *Hæc igitur gratia Christi, sine qua nec infantes, nec ætate grandes salvi fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur.* Quod etiam agnoscit *Bellarmin.* lib. 6. de amissione grat, cap. 3. §. Respondeo hæc: *Propter Christi justitiam omnes justificari, atq; valet in majoribus ac parvulis Christus enim* venit omnia peccata tollere: Dedit semetipsum redemtionem pro omnibus 1. Tim. 2. 6. & ipse est propitiatio pro peccatis totius mundi 1. Joh. 2. 2. *Propter ejus justitiam omnes, non solū parvuli, sed etiam adulti justificabuntur. Nam judicium quidem ex uno delicto, videlicet in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in justificationem, inquit Apostolus* Rom. 5. 16. Hæc *Bellarminus.* Quod attinet opinionem illam, quosdam salvari *absq; operibus per infusam justitiam*, ita ut ad eam præcedant præveniente gratia *dispositiones*, id illo innititur fundamento, ac si justificatio sit *motus*, qui successivè introducat justitiam, seu *qualitatem inhærentem*; cum Scriptura S. totum justificationis actum *juridicè* depingat non *Physicè*; ex eadem quoq; constet nō infundi, sed, *imputari* nobis justitiam nempe Christi,

sti, quæ per fidem apprehensa, fiat nostra per *gratuitam imputationem*. Pleraque argumenta, quæ *Becanus* part. 2. Theol. Scholasticæ tract. 4. cap. 2. quæst 2. pro gratia & justitia *infusa & pro inherente* producit, non loquuntur de *iustitia coram Deo justifica*, sed de justitia *sanctificante*, justificationem sequenti, in altera vita consummanda, de qua posteriori non est quæstio. Alias de *habitibus infusis* variè disceptant. Licet enim *dominicani & Jesuitæ* illos acriter defendant & dicant, *per illos hominem constitui actu & formaliter justum coram Dei judicio*: sunt tamen alii non pauci, qui validis rationibus negant infundi habitus. Unde per gratiam non intelligunt *dona infusa*, sed gratuitum Dei favorem, quo justificantur. *Gabriel Biel* 2. sentent, dist. 26. q. 11. *Gratia*, inquit, *primò accipitur activè pro gratiosa Dei voluntate, dante omnibus liberaliter gratis, non ex debito; Ita accipitur* Act. 15. 11. Rom. 3. 21. *Secundo passivè pro dono aliquo gratis dato.* Et artic. 2. addit, *conclusionem illam, quod gratia illa, qua Deus ad vitam æternam acceptet animam & ejus actus, sit aliquid positivum in anima, non posse sufficienter demonstrari, licet ad hoc plerique Doctores multum laborent. Vasquez* disp. 204. cap. 1. disertè affirmat *Scholasticorum* plurimos in eo convenire, *nihil nobis inesse sive habitum s. operationem, quod suapte naturâ possit justificare animam, sed opus esse favore Dei remittentis nobis peccatum*, unde consequi censet, *totam justificationem in favorem, ut in formalem causam revocari*, in quam sententiam conspirare *Scotum* largitur, *Gabrielem*, *Richardum*, *Occamum*,

 Bonaven-

Bonaventuram, *Durandum*, *Pet. Aliacensem*, ut & è Schola Thomæ *Victoriam*, *Canum* alioſq; recentiores Thomiſtas. *Albertus Pighius* lib. 5. de lib. arbit. *Gratiæ acceptionem variam non è Scholis, ſed ex divinis Scripturis petemus; quandoquidem in illis verè imaginantur gratiam Dei qualitatem aliquam increatam animæ noſtræ à Deo, vel eandem cum charitatis habitu, vel diſtinctam ab eadem. Quæ commentitia univerſa exiſtimo, nec ex Scripturis ullam autoritatem habere.* Hanc *Pighii* cenſuram *Guil. Eſtius* in 2. ſentent. fol. 308. §. 2. ita perſtringit: *Hæc illius autoris opinio præſertim illis verbis propoſita, quæ contemtum ſonare videntur communis doctrinæ Scholarum, non poteſt effugere juſtam notam inſignis cujuſdam temeritatis.* *Medina & Dominicus à Soto* lib. 2. de nat. & grat. cap. 17. 18. negant *ſecundum fidem ponendam eſſe gratiam infuſam habitualem*, docentq; hoc *non eſſe definitum in Concilio Tridentino*. Sed tamen *longè probabilius eſt* (ait *Valentia*) *quod ſit hæc veritas de fide.* Unde & Tom. 2. c. 481. lit. D. *prædictos autores refutat ex Concilio Tridentino, aſſerente expreſſè juſtitiam hominibus infundi.* Juxta D. *Chemnitium* L. C. pag. 56. alii diſputant in Baptiſmo in pueris nondum ratione utentibus nullas infundi virtutes, nec ſecundùm *actum*, nec ſecundum *habitum*, nec ſecundum *radicem*, ſed in adulta demum ætate, quam infra annum 30. conſtituunt, eas conferri, vel ſi in infantiâ moriantur & baptizati ſint, in ſeparatione animæ à corpore virtutes illis conferri. *Alii* diſputant in Baptiſmo conferri nec habitus, nec actus virtutum, ſed radicem earum, quæ

ſit

sit gratia. *Alii* radicem illam faciunt Characterem Baptismi, & ejus radicis ramos progressu ætatis fieri habitus virtutum, non autem actus quoad usum. En consensum! Secundò probat Becanus, *infantes non justificari sine omni fide, quia præter hunc habitum dicuntur etiam actu credere duplici sensu: Primò quatenus actu baptizantur; Secundò quatenus credunt alienâ fide*, §. 15. 16. Rx. Antea dixerat *Jesuita*, sententiam de actuali infantium fide *nullum habere fundamentum in Scripturis* §. 2. *repugnare Patribus, qui negant infantes habere actum fidei, quando baptizantur*. §. 3. & tamen hîc dicit *infantes actu credere, quatenus actu baptizantur*. Quomodo infantes actu credere possunt, si non habent actualē fidem? Quomodo actu credunt, si actu fidem non habent. Sed bene se habet. Quemadmodum in voce *habitus*, sic etiam in voce *actus* hìc ludit *Iesuita*. Etenim ἐνέργεια, actus s. operatio fidei justificantis *alia est primaria & immediata*, quâ in Christum Mediatorem recumbit ejusque beneficia operatione Spiritus S. apprehendit. Atque hæc fides *interna* est ac *formalis*, quam infantibus tribuimus: : *alia secundaria & mediata*, quâ fides forâs progreditur erga proximum per opera Charitatis, Gal. v. 22. juxta quam credens quoque scit se credere. Atq; hæc, *externa & accidentalis fidei* est, quā infantibus denegamus. Sed *Becanus* priorem ἐνέργειαν Infantibus denegat, ac eo ipso inane nomen fidei illis tribuit, cùm fides salvifica sine Dei agnitione & fiduciali meriti

riti Christi apprehẽsione esse nullo modo possit. Quoties itaq; Infantibus *Pontificii* actualem fidem concedunt, toties ἀκυ̣ρολόγως loquuntur, dum per *actualem fidem* nihil aliud intelligunt, quam *assensionem intellectus, verbo Dei præstitam*, quæ seorsim spectata sit *informis*, sed cum spei, charitatis, pii propositi executioni conjuncta formetur, & quasi animetur ad justificationem secundam. Conf. *Becan*. tract. 4. de nat. & divis. grat. cap. 1. part. 2. Theol. Schol. tract. 1. cap. 8. quæst. 1. 6. 10. Sed *Orthodoxi* docent, fidem actualem esse *obedientiæ Christi pro nobis præstitæ apprehensionem*, quã fides per Spiritum S. in cordibus infantium accensa agit, paciscitur & stipulatur cum Deo 1. Pet. 3. 21. Quod si verò *Becano*, actus est reflexio illa & reciprocatio, qua credens, se scit credere libẽter largimur hanc deesse infantibus; cũ nõ respectu *externarũ operationum*, sed *internarum & fidei propriarum* fidem infantium actualem dicamus. Nam absq; externis aliarum virtutum operibus propria & interna fidei opera esse posse, certum est: cum vox operum non tantum notet ἐνέργειαν, sed & ipsa ἐνεργήματα; imo quicquid pro norma habet legem divinam moralem, eique congruit, seu cogitata mentis seu verba seu facta respicias. Contendit quidem *Valerianus Magnus* Capucinus in judicio de Acatholicorum & Catholicorum regula credendi part. 1. pag. 89. *neminem salvari posse sine fide reflexa, hoc est personali judicio de vir-*

tute

tute articulorum fidei. Sed in eo valde errat. Nam Infantes hoc *actu reflexo* & scrutinio destituuntur, & tamen salvantur. Afflicti etiam aliquando in eam fidei lipothymiam incidunt, ut tametsi sua fide vivant, non tamen se vivere sentiant. Ecquis tamen illis fidem actualem denegaret? Deinde quomodo actu credere dicuntur Infantes, quatenus actu baptizantur, si actualiter fidem non habent & credunt? Quomodo actu juxta *institutionem divinam* baptizari dicuntur, si fides illis *actualiter & realiter* non confertur? Loca ex *Augustino* allata facilem habent explicationem, si *antecedentia & consequentia* probè conferantur, vid §.11.& D.*Chemnit*. l.c. p.55. Non simpliciter dicit lib. de peccat. merit. cap. 27. pag. 256. Tom. VII. oper. *credere nihil aliud esse ac baptizari*, uti colligit *Becanus*, sed quia omnes peccato Originis sint obnoxii, *parvulos quoq; egere beneficiis Mediatoris, ut oblati per Sacramentum Charitatemq; fidelium, ac si incorporati Christi corpori, quod est Ecclesia, reconcilientur Deo, ut in illo vivi, ut salvi, ut liberati, ut redempti, ut illuminati fiant* cap. 26. Quod ipsum inter alia Scripturæ loca confirmat cap. seq. ex Marc. 16. 16. ex quo colligit, nos parvulos à beneficiis Christi excludere non posse, cum per Baptismum habeant fidem, vitam æternam, salutem, Christi meritum &c. Ita enim subjungit: *Quoniam ergo de ovibus ejus esse non incipiunt parvuli, nisi per baptismum, profecto si hoc non accipiunt, peribunt:*

Vitam enim æternam, quam suis dabit ovibus, non habebunt ------ *Ab hac ergo Salute & lumine alieni sunt parvuli, & in perditione ac tenebris remanebunt, nisi per adoptionem populo Dei fuerint sociati, tenentes Christum passum, justum pro injustis, ut eos adducat ad Deum* --- *Non solum igitur regnum cœlorum, sed nec vitam parvuli habebunt, si Filium non habebunt, quem nisi per Baptismū ejus habere nō possūt.* SECUNDO cōtendit *Becanus* infantes actu credere, *quatenus credūt aliena fide*, quod probat ex *Augustin.* serm. X. de verbis Apostoli §. 16. Verum non ex *Augustino* sed ex Scriptura S. assertio erat confirmanda. Hæc autē propriam cujuscunque fidem requirit. Illustris est sententia ex *Prophetæ Habac.* cap. 2. 4. ter repetita ab *Apostolo* Rom. 1. 17. Gal. 3. 2. Ebr. 10. 38. *Justus ex fide vivet.* In *Ebræo* est בֶּאֱמוּנָתוֹ in fide sua. *Symmachus* vertit τῇ ἀυτῦ πίστει LXX. Interpp. ἐκ πίστεώς μου. Quod si justus ex fide *sua* vivet, non vivet *aliena*. Duo autem circa hunc locum inprimis observanda 1. *Qualis fides hic intelligatur? Casterus* in Enchirid. cap. 4. de fid. p. 197. intelligit *fidem normativam*, quia ex fide *ipsi nihil aliud esse videtur, quam ex norma fidei, quomodo dicere consvevimus quempiam medicè vivere, nempe ex Medicinæ præscripto.* Sed ita dictum *Evangelicum* convertitur in *legale*, quod *tum* à Propheta, *tum* ab Apostolo refellitur. Propheta opponit fiduciam superborum in seipsis & fiduciam justorū in Deo. Unde illud אֱמוּנָה Apostolus Ebr. XI. 1. per πεποίθησιν & πληροφορίαν explicat. Similiter justitiam *legalem & Evangeli-*

Evangelicam opponit Apostolus in loco parallelo Gal. 3. 11. *Quod non justificetur quisquam per legem apud Deum manifestum est, quoniam justus ex fide vivet. Lex autẽ non est ex fide, sed quisquis ea fecerit, vivet per ea.* Manifesta hic est oppositio inter Τὸ *vivere* per fidẽ & τὸ *vivere* per opera. *Cornelius à Lapide* intelligit *fidẽ inchoatã*. Ita ẽim ad h. l. *Iustus credens & sperans in Deũ incipit habere animam rectam seu vivere spiritualiter & proficit pariter in rectitudine & justitia animæ.* Sed fides salvifica rem totam perficit; *qui* enim *credit, jam habet vitam æternam*, Joh. 3. ult. S. Petrus ait Act. 10. 43. *Accipiunt remissionem peccatorum, quicunq; in Christum credunt.* Hinc *Abraham* (cujus justificatio & fides fuit exemplar nostræ justificationis & fidei) Rom. IV. 42. justitiam fidei non credidit sibi *esse applicabilem*, sed *actu applicatam*, idque citra specialem revelationem. Proinde hic intelligimus *propriam unius cujusq; fidem, eamq; veram & salvificam*, per quam justus vitam habet. Observ. 2. *quid per vivere intelligat Apostolus? Bellarmin.* lib. 2. de Sacram. effectu c. 9. & *Vasquez* in Thom. 3. part. disp. 131. c. 5. sensum esse dicunt, *justum ex fide, quam habet, constanter expectare, quæ Deus promisit, & non frangi aut deficere, etiamsi promissiones tardari videantur.* Verùm sermo hic est de vita non *corporis*, sed *animæ*, non *naturali*, sed *supernaturali*, gratiæ scilicet & justitiæ, qua justus, quatenus est justus, vivit, adeoque non agit de *vita præsenti*, sed de *vita futura* per fidem consequendâ seu de vitæ æternæ premio, quemadmodum ita quoque

expo-

exponunt *Ambrosius & Chrysostomus*, à quibus haud discedunt *Lombardus, Cajetanus, Salmero*. Hisce ita observatis luculenter patet, justificationem & salutem justo, si vivere, hoc est, æternum salvari velit, non nisi per fidem propriam contingere. Aliàs immane quantum vociferantur *Papistæ*, quod Christi justitia nos dicamus justos, quod asseramus Christum non tantum satisfecisse justitiæ & legi Dei nostri loco ac vice, sed hac sua satisfactione id consecutum esse apud Deū, ut nobis eadem in justificatione ita accenseatur ac si nosmetipsi eam præstitissemus. Hinc justitiam, quæ sic imputatur, quod clarè dicitur Rom. 6. 6. nō *putativam* tantum vocant, sed & *larvatam*, quod impiè *Cornelius à Lapide* comm. in cap. 6. Ephes. contendit. Quam sententiam *Bellarminus* tueri sategit lib. 2 de Iustif. cap. 7. integro, qui similiter cum *Becano*, tract IV. cap. 2. de Iustificatione Calvin. quæst. 2. p. 258. oper. asserit, *fieri non posse, ut justitia Christi nobis imputetur*. Conf. *Bail.* Catech. *Andrad.* in defens. Concil. Tredent. p. 477. *Censura Coloniensis* p. 154. 155. Novissimè *Vitus Erbermānus* in Anti-Musæo quæst. 2. p. 34, *Fidem Lutheranorum specialem vocat hæresin, delirium & illustrem Chymæram*. Imputationem verò extrinsecam *entis rationis sine ullo fundamento in re* p. 35. Verum quando *aliena fide* quempiam credere ipsi comminiscuntur, nihil ipsis absurdum videtur. Huc ex parte facit, quod *Becanus* in Theol. Schol. tract. IV. c. 5. quæst. ult. de merito bonorum operum ad

quæstio-

quæstionem, an unus possit alteri mereri, *negative* respondeat p.287. Ut taceam, quod dictu absurdum sit, quempiam alieno corde credere posse, Rom.10.10. Eph.3.17. Quod attinet *Augustinum*, non is per alienam fidem excludit propriam infantium fidem. Attribuit enim illis variis in locis Spiritus *S*. in eis intrinsecam operationem, mundationem inhabitationem, illuminationem, cum Deo reconciliationem &c. Conf. *Augustin*. Tom.11.epist.23.57. Tom.7.lib. 1.de peccat.mer.c.33.lib. 4.de Bapt.cont.Donat, c.24. Tom.9.tract.80.in Joh. Tom. 10. serm.14. de verbis Apost. *S*ed quòd Ecclesia sive fideles parvulos ad Baptismum afferant, fidei donationem petant; ac pro ipsis fidei confessionem edant. Ita enim se explicat lib.de pecc.merit.c. 33. *Ubi ergò ponimus parvulos Baptizatos, nisi inter fideles; Sicut universæ ubique Ecclesiæ clamat autoritas. Ergo inter eos, qui crediderunt; Hoc enim eis acquiritur per virtutem Sacramenti & offerentiũ responsionem.* Et epist.23. quomodo parvulus, qui baptizandus offertur, per officiũ alienæ voluntatis regenerari possit, ita explicat: *Non est scriptum, nisi quis renatus fuerit ex parentum voluntate aut ex offerentium vel ministrantium fide: Sed nisi quis renatus fuerit ex aquâ & Spiritu. Aqua igitur exhibens forinsecus sacramentum gratiæ, & Spiritus operans intrinsecus beneficium gratiæ, solvens vinculum culpæ, reconcilians bonum naturæ, regenerans hominem in uno*

vitamque concillarit & promeruerit. Rom.5.12, 15.16. Concedimus causam per quam *formaliter* sumus peccatores *inhæsivè* esse in nobis, cum peccatum *Adami*, concedente *Bellarmino* lib.4. de statu peccati cap.2.3.4. ita nobis imputetur, ac si id omnes nos admisissemus Conf.lib.5.c. 17. 18. Negamus tamen causam in nobis esse, ob quam justi constituimur, cum sit in Christo *formaliter*, nobis autem *gratiosissimè* imputetur. Ut silentio involvam absurdè dici Ecclesiam sustinere personam omnium parvulorum, à qua fides aliena per naturalem propagationem transmittatur. Instat *Becanus*, *Augustinum* id alibi alio exemplo explicare, nempe filii viduæ, *qui aliena fide resuscitatus est. Sic enim scribit lib.3. de lib. arbitr. cap.23. Quid enim filio viduæ profuit fides sua, quam utiq; mortuus non habebat, cui tamen profuit matris, ut resurgeret? Quando ergo potius fides aliena potest consulere parvulo, cui sua perfidia non potest imputari?* Verum à *dono corporali ad spirituale* non valet consequentia. *Hoc quidem verum est*, ait *B. Chemnitius* exam. Concil. Trident. p.55. ad can.13. de Bapt. *aliena fide impetrari sæpe aliis beneficia corporalia, ut in historia Cananææ. Potest & hoc aliena fides oratione aliquando impetrare, ut impius per gratiam Dei convertatur, illuminetur & propria fide donetur: Nemo autem ipse carens & destitutus fide potest justificari & salvari alterius fide, Rom.1. Justus enim sua fide vivet. Scriptura nusquam tradit alterius fidem,*

 dem,

dem, si ego sim sine fide mihi imputari ad justitiam. Deinde verba *Augustini*, quæ extant Tom.1.l. 3.de lib.arbit.c.23.p.266 nobis non repugnant. Non attribuit ibidem *fidei alienæ* justificationem & salutem, sed dicit *satis piè rectèq; credi, prodesse parvulo eorum fidem à quibus consecrandus offertur*; *atq; sic concedit, quod infantibus fide aliena possit consuli*, id quod hoc loco non venit in conpovtersiam.

§.15 *Ultimo articulo Lutheri & Lutheranorum* objectiones conatur solvere *Becanus*. Quando enim ita argumentantur: *Nemo potest justificari sine fide*, Marc.16.16. Ebr.11.6. *At infantes in Baptismo justificantur. E. non sine fide.* Respondet, *majorem falsam esse si intelligatur de solâ fide actuali propriâ: Veram, si indifferenter de quâvis fide sive propriâ seu alienâ s. actuali s. habituali.* Dicta verò *intelligi debere de adultis, non infantibus*, §.17.18. Resp. Imò major de solâ *fide actuali & propriâ* accepta verissima est. Patet id inductione omnium locorum Scripturæ, quæ quoties fidei justificantis mentionem facit, toties fidem actualem intelligit. Conf. Rom. 3.22, 10.14. Eph.3.16.17.1.Joh.5.v 4. Sic Marc.16, 16. *Qui crediderit* (non qui habitum fidei habet sed qui credere potest,) *& baptizatus fuerit, salvus erit.* Joh.3.15.16. *omnis qui credit* (non qui credere potest) *in Filium Dei non perit, sed habet vitam æternam.* Joh.1.12. *Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt*

in

in nomen ejus, ubi disertè non tantùm receptionis seu apprehensionis fit mentio, sed & contextus de actuali adoptione, non de eâ, quæ in potentiâ est, loquitur. Conf. meus *Anti-Grotius* posit. 4. pag. 18. Quando verò *Becanus* excipit *hæc dicta intelligenda esse solùm de adultis*; Resp. unum omnium hominum justificationis modum esse sine discrimine ætatis. Accedit, quòd dicta sint generalia. Ubi verò Scriptura non distinguit, ibi nec nos distinguere debemus. Infantibus enim aut fides tribuenda, aut salus deneganda. Non hoc, quia ipsorum est regnum cœlorum, Matth. 19. 14. Quocirca aut credunt verè, aut omnes contra Scripturam Regno cœlorum excludendi erunt, imò condemnandi. Sed & negamus loca allegata tantùm de adultis intelligenda esse. Sic Marc. 16. 16. ita de adultis agitur, ut tamen non excludantur, sed includantur infantes, quod patet inprimis ex Joh. 3. 18. Ubi eadem generalissima verba occurrunt; *Qui non credit, jam judicatus est, quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei.* Videmus hic Christum universum mundum in fideles & infideles dispescere, ita ut illos saluti, hos omnes exitio æterno addicat. *Ubi ponis*, quærit *Augustinus* Tom. 10. oper. de verbis Apost. serm. 14. *parvulos baptizatos? Profectò in numero credentium. Nec judicare ullo modo aliter audebis, si non vis esse apertus Hæreticus.* Rectè *Suarez*. c. 1. p. 258. *Dicuntur hæc* (Marc. 16. 16.) *de adultis, ut exponi*
 In-

Innocent.3.in cap.*Majores* deBaptiſmo,*non tamen propterea excluduntur parvuli: Sed fit ſpecialis mentio adultorum, quia illis prædicandum erat Evangelium, ut illi converterentur,& ad Eccleſiam venirent,ſecumque ſuos infantes afferrent.* Ita quoque dictum ad Ebr.11.6.*generale* eſt, licet transferatur ad *hypoteſin* & probationem,quod *Enoch* aliique Deo per fidem placuerint; Quia *quicquid non eſt ex fide,peccatum eſt*, Rom.14.23. Eadem juſtificationis ratio eſt, quoad adultos & infantes,quia *fides unica tantùm eſt*, Eph.4.5. non alia ac diverſa *formâ ac ſpecie* in adulto ac in Infante *per ſe& ex naturâ ſui*,licet ratione *accidentium* diſcrimen detur. *Unicum fidei fundamentum Chriſtus præter quod nemo aliud ponere poteſt*,1.Cor.3.11. *Unus Mediator, per quem omnes ad Deum venire oportet*, 1. Tim.2.6. *Unicum nomen in quo nos oportet ſalvari*, Act.4.12. Ut enim in Chriſto,unico illo ſemine,*omnes nationes terræ benedicuntur*, Gen.12.3.22.18.Gal.3.16. Ita non niſi per fidem in Chriſtum omnes juſtitiam & ſalutem conſequuntur,ut id demonſtrat *Apoſtolus*,Gal.3.22. Sine diſcrimine *temporis & ætatis*. Conf.Rom.5.18.19.21. Sic Chriſtus ait: *Nemo venit ad Patrem, niſi per me*, Joh.14.6. Venimus autem ad Patrem nonniſi per λῆψιν ſeu apprehenſionem Chriſti, Joh. 1.12.quatenus eundem, cum officio ſuo mediatorio,*qui plenus eſt gratiâ & veritate*,ſuſcipimus, v. 14.16. ceu *agnum Dei, qui portat peccata*

mundi

mundi, v. 29. Ex quibus immotè concludimus: Neminem, sive infans sit, sive adultus, Deo placere posse, qui fide eâ destituatur. Instat Becanus §. 18. *infantes, in Baptismo non credere, tum quòd Deus sit, tum quòd bonis decernat præmia, malis supplicia:* Verùm à *modi certi* ignorantiâ ad rei negationẽ N. V. C. Satis est nos scire ex Scripturâ S. infantes ex operatione Spiritus S. credere, licet modus nobis incognitus sit. Bene *B. Lutherus* in cap. 12. Oseæ Tom. ult, lat. Jen. f. 650. Quid hoc mirum est *Spiritum S. in eis* (infantibus) *esse efficacem eo modo, quem nos non intelligimus? Cùm habeant vitam, carnem & ossa, non tamen aluntur in utero eo modo, quo nos, qui in hâc luce vivimus, alimur. Verè igitur odiosum & impium Anabaptistarum dogma est, qui ideò pueris baptismum negant, quòd sensu & mente careant, nec intelligant quæ cum eis aguntur. Nobis non intelligunt, nobis mente ac sensu judicantur carere, sed Deo non sic, cujus opus sunt. Deus enim sicut alio modo eos alit, quàm nos; Ita quoque alio modo movet eorum corda.*

§. 16. Quando Lutherani pro fide infantium actuali rectè concludunt ex Matth. 18. 6. Excipit, *Becanus* §. 19. *Christum per pusillos non intelligere infantes, sed grandiores pueros, quod ex contextu manifestum esse* dicit. *Primò, quia vocavit illos ad se & vocati accesserunt: Secundò erant capaces scandali. Neutrum autem Infantibus convenire asserit.* R. Christum per pusillos infantes non grandiores pueros intelligere supra demonstratum. §. 7. Ad *rationem primam* dicimus, advocari & in medio etiam

statu

ſtatui poſſe bimulum, nondum tamen libertatis ac diſcretionis uſu præditum. Nec προσκαλεῖσθαι ſemper notat propriis viribus pedibusque accedere, ſed & humeris & ulnis alienis aſportari. Conf. Luc. 18. 16. ubi ut & Matthæi 19. 14. Chriſtum loqui *de infantibus, qui ab aliis portantur* concedit *Becanus* part.3. Theol. Schol. tract.2. de Sacram. in ſpecie cap. 10. quæſt.1. p. 624. oper. Ita & nos vocamur ad fidem à Deo, Marc. 1. 15. qui tamen propriis viribus eum accedere non poſſumus. Redit ovis perdita non viribus ſuis, ſed portata humeris Paſtoris, Luc. 15. 4. *Ad alteram Becani rationem* diſtinguimus inter *ſcandalum morale & reale*, quod poſterius conſiſtit in infantium contemptu. Hinc *Chryſoſtomus. Euthymius, Thomas, Maldonatus* τὸ ſcandalizare h.l. interpretantur per *contemnere, male facere*; Inter ſcandalum conſideratum *ratione Dei & hominum*; In *fomite conceptum & exercitio formali perpetratum*; *Actuale & potentiale*. Conf. Matth. 16. 25. Hinc ipſe *Becanus* tract.1. cap. 26. quæſt. 1. p. 395. oper. ex *Thoma* quæſt. 43. art 1. & aliis paſſim diſtinguit inter *ſcandalum activum & paſſivum*. Illud dicit eſſe *dictum vel factum minus rectum prabens alteri occaſionem peccandi*. Hoc vocat *lapſum ſeu peccatum illius qui ſcandalizatur*. Hoc rurſum dupliciter dividit: Primo in *ſcandalum datum & acceptum*: ſecundo *ſcandalum phariſæorum ac puſillorum*: ſive tripliciter in illud quod vel *ex malitia*, vel *infirmitate*, vel *ignorantia* eſt. Illud committunt *Phariſæi*, iſtud *infirmi*, hoc *puſilli*, *quando vident*

aliquid

aliquid fieri, quod habet speciem mali, quo de Christo loqui Matth, 18. 6. non simpliciter negat. Quare ergo hoc loco negat, infantes esse capaces scandali, cum etiam ipso actu offendi queant, cùm *vident* (quæ sũt verba *D. B. Feurbornij* fasc. 5. disp. 4. th. 42.) *aut Parentes suos aut alios frontis contractione, oculorum inversione, labiorum compreßione & morsione, sputi emißione, in alios indignari, similia facere attentant &c: Annon, quamprimùm vel balbutire queunt, audita scommata & λοιδορίας exprimere gestiunt* insuper quando subjicit *Becanus*, partim *exemplum Johannis Baptistæ*, quòd *particulare* indigitat, *eo quod non faciat regulam generalem*: Partim *confeßionem Propatrum*, qui *licet pro parvulo respondent, Credo, illos tamen minimè mendacium committere, quamvis parvulus actu proprio non credat*. ℞. Nos argumenta illa non semper adhibere pro veræ sententiæ *adstructione*, sed pro adversæ partis fundamentorum *destructione*. Prius enim arguit infantes *actualis fidei* per operationẽ Spiritus S. posse esse capaces, quia in illis datur *spirituale gaudium*, quod est fructus fidei. In quem finem idem exemplum ipse *Becanus* ut & *Hieremiæ* adhibet, ut demonstret *Infantes esse capaces salutis, id est, gratiæ & gloriæ* C, L, n. 2. nec non lib. 4. manuat. contra Anabapt. cap, 2, §. 2, Posterius verò refellit argumentum adversariorum, quando infantes baptizari dicunt in fidem *Ecclesiæ & Propatrum*. Regegerimus, ἀναδόχον, quando pro parvulo respondet, *Credo*, & tamen verè statuit, parvulum actu proprio non credere, omnino men-

 daciu-

dacium committere, quia aberrat à veritate per falſam vocis ſignificationem, cum intentione falſum aſſerendi. Revera enim *Patrimi* loco infantũ ſpondere, ac ex ore Chriſti teſtari debent, infantem baptizatum credere, cùm Votum, quod infantibus æquè ac adultis competit. 1. Petr. 3. 21. eo judicio ac voce, quâ adulti, edere non poſſint. Ulterius ſubnectit modum Becanus, *quomodo fides aliena poſſit Infanti prodeſſe*. Sed hunc ſupra diſcuſſimus. Adhibet tamen aliquam diſtinctionem. *Nam duplex*, ait, *eſt fides aliena in hac cauſa. Una Parentum vel amicorum, altera matris Eccleſiæ. Prior prodeſt ut illi baptizetur; poſterior ut fiat vivum ſ. animatum membrũ Eccleſiæ.* Verum non apparet, quo modo membra hæc ab invicem diſſentiant. Anne fides *Parentum vel Amicorum* alia erit à fide Eccleſiæ? Sanè quod Eccleſiæ hoc in caſu præſtat, id quoque amici & Parentes, qui illius ſunt membra, præſtare poſſũt. Et quid? Propheta dicit, *Iuſtus ſua fide vivet*. Becanus dicit *Infans per fidem Eccleſiæ vivit*. Utri credendum. *Ultimò* quod ſubjicit *Becanus* de *Miniſtri intentione* contra nos non militat. Conveniant prius circa naturam illius intentionis. Alii enim *actualem* requirunt, alii *habitualem tantum*; alii *primam* non neceſſariam, & *ſecundam* inſufficientem ſtatuentes, *tertiam* omnino urgent, quam *virtualem* vocant. *Thomas* olim in *habituali* acquieſcebat 3. p. q. 64. art. 8. ſed *Scotus* mediam reperiit in actualem & habitualem, quæ dicatur *virtualis*, quam *Ieſuitæ* communiter arripiunt, de quibus contentionibus

nibus videatur *Pesantius* in Thom c. 1, disp. 1. *Ledesma* Theol. Moral. de Sacram. in gen. cap. 6. *Henriquez* sum. Theol. Moral. lib. 1. cap. 10, lib. 2. c. 12. lib. 11. c. 41. *Bellarmin.* lib. 1. de Sacram. in gen. c. 27. 28. *Becanus* tract 2. de Sacram. in com. cap. 5. quæst. 3. 4. Verùm quod *intentio virtualis* aut nulla sit sicut & *habitualis*, aut ab hac non differat, alibi demonstratur.

§. 17. Tantum de *Becano.* Interim dum hæc scribebam ad manus pervenit *Adolphi Godefridi Volusii, Doctoris Theologi, Protonotarii Apostolici & Comitis palatini Cæsarei, Eminentißimi ac Celsißimi Archi-Præsulis ac Principis Electoris Moguntini Consiliarii & Sigilliferri majoris, Ecclesiarum Collegiatarum S. Mariæ & Mauritii respectivè Scholastici & Decani* (Hisce enī titulis ornetur à *Wolthero Henrico* Streunsdorff *Episcopo Ascalonitano*, *Petro de Walenburg Episc. Mys. suffrag. & pro-Vicar. Mogunt.* nec non *Christophoro Webero SS. Theol. Doct. Pronot. Apost. Consil. & Fiscal. maj. Mogunt.*) Catechismus Biblicus novissimè Mogunt. *permissu Superiorum* editus. In quo libro, cum *articuli fidei Catholicæ juxta facultatem & censuram ordinarii Moguntini, & tota Doctrina Christina per quæstiones enucleatè, per Scripturam S. solidè discutiuntur, probantur, demonstrantur, nec non Adversariorum rationes refutantur & enervantur*, placet inquirere, num eandem etiam operam in præsenti controversia præstiterit. Juvenio autem eam sub titulo *de Sacramentis* pag. 121. ubi statum quæstionis ita proponit: Mus auch bey jedem Tauf der Glaub

sein/

sein / so dem Wort Gottes in Wasser traue? Antwort? Bey den unmündigen Kindern darf es zumahl keines solchen würcklichen Glaubens; dann sie werden getaufft in Glaubē der Kirchen / die Ihr recht an sie hat / die ihnen durch die Tauf-Paten ihre Füs ihre Hände und Mund darreichet / daß sie zum Tauf-Brunnen kommen / und desselben begehren. ℞. 1. In limine D. *Volusius* statim statum quæstionis obscure informat. Non quæritur inter nos & Pontificios, an *apud cujusvis Baptismum oporteat adesse fides*: siquidem apud Infantium & lactentium Baptismum fides nondum adest. sed in & per Baptismum eam demum accipiunt: Sed hoc quæritur, an *Infantes Baptizati verè credant, adeoq; fidem propriam actualem habeant*. Hoc nos affirmamus, sed *Papistæ* negant. 2. Non procedit; Infantes non indigent fide actuali. quia baptizantur in fidem Eccelesiæ, possunt enim in fidem Ecclesiæ baptizari, eo sensu, prout Ecclesia Deum invocat, ut velit in parvulis esse efficax, baptismo illorum cœlesti sua virtute benedicere, eosque vera ac propria fide, quam profitetur vera & orthodoxa Ecclesia, donare. Atque sic omnino *fide actuali* indigent, quam Ecclesia ipsis dare nequit, juxta illud: *Iustus sua fide vivet*. Quod si autē dicatur, infantes in fidem Ecclesiæ baptizari, eo sensu, ut *alius* baptizetur, *alius* credat; negamus Ecclesiam illis salutem æternam dare, ac applicare posse, quia ad hujus impetrationem in quolibet salvando *fides propria* necessariò requiritur.

Quemad-

Quemadmodum enim nemo vivet, aut sentit, aut sapit aliena anima, sed sua: sic nemo justificatur aliena fide, sed sua; *justitia* quippe *justi super eum* Ezech. 18. 20. Bene *Lyra* ad Matth. 9. *Licet sanitas corporalis vel aliquid hujusmodi homini detur alicui propter alienam fidem, remissio tamen peccatorum, non datur alicui sine propria fide. Ideo non videntur bene dicere, qui dicunt, quod lyillorum* (Matth.). 2.) *referatur tantum ad offerentes, ita ut propter fidem offerentium tantum sit sanatus.* Adstipulatur *Lambertus* Theologus Avenionensis (qui A.D. 1523. scripsit) in cap. 5. Lucæ: *quod Lucas dixit;* Quorum fidem &c: *Non tantum de submittentibus infirmum per tegulas, sed etiam de ipso infirmo intellexit. Nam quemadmodum illè fide eum per tegulas demiserunt, sic iste fide ab eis in medium demitti voluit. Ergo infirmi & se portantium fidem respexit* (Jesus) *quæ illi placuit.* Consentit *Theophylactus* ad Matth. 25. 9. *Virtutes proximi mei vix ipsi sufficient ad defensionem, tantum abest mihi. Ex suis enim quisq; operibus non proximi justificabitur.* Eleganter *Iudæi* in suo מחזור sive Euchologio:
אני ממעשים שולל וערום · וצדקתך לבדה היא כסותי hoc est: *Ego nudus planè sum operibus bonis, solaq; tua justitia est indumentum meum.* 3. Ecclesiam per *Patrimos* infantibus *accommodare pedes, manus, os,* quo Baptismum accedere possint, non negamus. Sed inde non sequitur. E. non indiget fide actuali & propria. Audiamus tamen probationes? Unicum hic adducit *Augustinum D. Velusius,* qui tum serm. 14. de verbis Apostoli, tum lib.

lib.1. de nupt. & concupiscentia cap. 20. hanc fidem infantium actualem propriam neget. Verum major nobis est *Christi*, quàm omnium *Patrum* autoritas. Patres sunt lumina, non Numina. Nec eorum autoritates sunt irrefragabiles. Candidè *Card. Bellarminus* lib. 2. de Concil. cap 12. §. Dico secundo. *Scriptura patrum non sunt regula, nec habent autoritatem obligandi.* Imo ipse *Augustinus* scripta sua non cum *credendi* necessitate, sed *judicandi* libertate legenda esse asserit. Vide ejusdem testimonia sex, quæ *jure Canonico* inserta sunt dist. 9. c. 3. 4. 5. 6. seq. Appellat alias Catechismum suum D. *Volusius* Biblium h. e. Schrifftmässige Erklärung vnd Betrachtung. It. *defensa veritatis Catholicæ monumentum* in dedic. sed hic quia Scripturam S. reliquit, etiam ab ea relinquitur. In specie, quod attinet *Augustinum*, ipsius mentem superius aliquoties explicavimus. Cum enim alibi Infantibus *emendationem* à labe originis, *lumen agnitionis*, Spiritus S. *inhabitationem* tribuat, haud dubiè verbis illis (*credit in altero; qui peccavit in altero*) istam Dei designare voluit dispensationem, quâ *fidei alienæ* interventu quandoque homini infideli (atque sic etiam infantibus per Baptismi virtutẽ & offerentium responsionem) fidem propriam impertiri assolet. 1. Joh. 5. 16. Atque ut ita mentem *Augustini* explicemus, movent alia verba, quæ in eodem sermone à D. *Volusio* allegato extant: *Ubi ponis*, quærit, *parvulos baptizatos? profectò in numero credentium. Nam ideo & consuetudine Ecclesiæ*

antiqua

antiqua Canonica fundatißima, parvuli baptizati fideles vocantur. Et sic de his quærimus, Iste infans Christianus est? Respondetur, Christianus: Catechumenus, an fidelis? Fidelis utique à fide. fides à credendo. Inter credentes igitur baptizatos parvulos numerabis: nec judicare ullo modo aliter audebis, si non vis esse APERTUS HÆRETICUS. *Ergo ideo habent vitam æternam, quia qui credit in Filium, habet vitam æternam. Noli eis sine ista fide, ac sine isto Sacramento hujus fidei promittere vitam æternam.* Videat jam D. *Volusius*, num judicio *Augustini*, ad quem hic provocat, hæreseos crimen effugere queat. In altero loco, qui occurrit Tom. 7. lib. 1. cap. 20. de nupt. & concup. p. 311. nec vola, nec vestigium apparet de *fide aliena*. Tantum ibi docetur, etiam infantes non baptizatos esse in Diaboli potestate ob peccatum orginale, *nisi inde lavacro regenerationis & Christi sanguine redimantur, & transeant in regnum Redemptoris sui, frustrata potestate captivatoris sui, & data potestate, qua fiunt ex filiis hujus seculi, filii Dei.* Quia vero plura pro *theseos confirmatione* afferre non potuit *Volusius*, ad sententiæ *orthodoxæ confutationem* se confert, quam compendiosè ita proponit: Was die alſo genant Evangeliſche zu Behauptung des würcklichen Glaubens in den Kindern die getauffet werden aus H. Schrifft beybringen / iſt aller Dings von Unkräfften. R. 1. Nomen *Evangelici* vere nostris Ecclesiis attribuimus ob veram Evangelii doctrinam, quam *verè, incorruptè ac constanter* docemus, propugnamus ac defendimus. Interim

sint

sint illi & maneant *Romano-Catholici*, quemadmodum *Petrus Cudsemius* in Saxon. Cathol. p. 156. fidem Papisticam *religionem Catholicam Romanam* vocat; vel *Papistæ*, de qua appellatione ita *Ioh. Lorinus* ad Act. 20. 30. §. unus est: *A Papa Papistas dici nec veremur, nec erubescimus, imo in eo egregium orthodoxæ fidei elogium testimoniumq; libenter agnoscimus ac profitemur.* Consentiunt Cardinalis *Baronius* in martyrologio ad 16. Octob. *Petrus Pazmannus* in Hodego, *Jacob. Bajus* lib. 1. instit. c. 18. p 318. 2. Argumenta nostra fidem infantium actualem confirmantia, *esse planè inefficacia*, facilius dicitur, quam probatur. Videamus exceptiones.

§. 18. EXCEPTIO PRIMA hæc est: daß Christus Matth. 18. 6. eben von kleinen unmündigen Kindern und deren würckliche Glauben rede / ist weder aus den text / oder einigen unpartheyischen Alten oder neuwen Schrifft-Erklärer zuerhurten. R. 1. Contrarium supra luculenter fuit demonstratū. 2. Addo tam latè subjectū (παιδία) h. l. debet intelligi, quam latè se habent illa *prædicata. Subjecto* enim *talia sunt qualia permittuntur esse à suis prædicatis.* Iam verò *prædicata* illa non solum pueris natu grandioribus conveniunt. Unde nec hoc solum Christus intellexit. Et quomodo Christus dicere potuit v. 3. *Amen dico vobis, nisi conversi fueritis & fiatis ut parvuli, nequaquam ingrediemini regnum cœlorum*, Numne igitur infantes quoque converti oportebit, & fieri ut adultiores, ut ingrediantur regnum cœlorum? Nempe animadver-

madvertebat Christus παράδοξα illa visa fuisse discipulis suis nimis abjectè de Infantibus Ecclesiæ sentientibus. Ideo conditionem istorum parvulorum felicissimam ex diversis prærogativis explicat, quod *illorum sit regnum cœlorum* v. 4. per receptionem illorum *Christus recipiatur* v. 5. in *Christum credant* v. 6. circũspectè sint habendi, ne ullo *cõtaminentur scandalo*, ac ita fides in ipsis evertatur, ibid. Angelos *habeant custodes* v. 10. à Christo *sint redempti* v. 11. Jam verò *humilitas, susceptio, scandalum, contemptus, Angelica protectio & redemptio* talia sunt prædicata, quæ illis solis non conveniunt, qui sunt eruditi per institutionem seu informationem de Christo. 3. Nec *ullus Patrum Orthodoxorum*, teste *Bellarmino* lib. 1. de Bapt. c. 11. in propos. 4. probatione 3. nec non lib. 1. de grat. & lib. arbit. c. 4. §. Addamus nunc; nominari potest, *qui expressè & apertè fidem infantium dixerit habitum.* SEDUNDA EXCEPTIO hæc est: Wann gleich Christus Marc. 10. 14. sagt: Solchem Kindlein ist das Reich Gottes rc. Folget darũb noch lange nicht/ daß sie deßwegen würcklich glauben müssen. Resp. Q. habent regnum cœlorum, illi id habent, vel ut fide destituuntur, vel ut ea præditi sunt. Non *prius*, quia *sine fide impossibile est placere Deo*, Ebr. 11. 6. nisi *D. Volusius* cum *Alensi, Durando, Capreolo, Andradio, Vive, Erasmo, Vega, Cassalio, Tannero, Maldonato, Catharino* absque notitia Christi & fide quibusdam vitam æternam adscribere velit; E. *posterius, quia posito effectu fidei immediato*, vitã

æternâ, *ponitur ipsa actualis fides*. It. Quicunq; accipiunt in Christo oblatum regnum cœlorum, illi habent fidem actualem. At pueruli regeniti accipiunt in Christo oblatum regnum cœlorum. Ergò pueruli isti habent fidem actualem. Item, Quicũq; fide actuali destituuntur, illi ordinariè damnantur Marc. 16. 16. At infantes Baptizati juxta *D. Volusium* fide actuali destituuntur, Ergò ordinariè damnantur. Conclusio est absurda. Ergò vel *major* vel *minor*. Non *major*, quæ Christi. Ergò *minor* quæ *Volusii*. Sed excipit: Ein anders ist unglaubig sein/*discredere*, welches verdammet: ein anders/nit glaubend sein/*non negatio, sed privatio fidei actualis damnat*. Vnd ob schon Marc, 16. 16. Apoc. 21. 8, gesaget wird/wer nit glaubet/der wird verdambt/und der Zorn Gottes bleibet über ihn/ ist doch solches von keinem blossen Mit-Glauben zuverstehen/sondern von einem würcklichen Vnglauben zuverstehen/wie auß folgenden Sprüchen Joh. 20. 27. coll. cum v. 25. Rom. 4. 19. 20. Sonnenheiter erhellet. Resp. 1. Non loquimur h. l. de Infantibus infidelium *extra Ecclesiam* natis, de quibus usurpamus illud Apostoli: *Quid mihi de iis, qui foris sunt? Eos, qui foris sunt, judicabit Deus* 1. Cor. 5. 12. *Non appetamus habere cognitum, quod Deus voluit esse secretum*, ait *Ambrosius* lib. de vocat. gent. cap. 8. Quanquam si Scripturæ ordinem consulamus, manifestum est, *fidem esse donum Ecclesiæ*; ac præterea Scripturæ dicta clara sunt: *Omnis qui non credit in Filium, judicatus est*. Joh. 3. 17. *damnatur* Marc. 16. 16. *qui incredu-*

credulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum Joh. 3. ult. Sed loquimur de infantibus fidelium *in Ecclesia natis*. Hi rursus in duplici sunt differentia: *Quidam* per Baptismum regenerantur, & fide salvifica à Deo donantur. *Quidam* verò præmaturâ morte ante susceptionem Baptismi, *ordinarii medii* conferentis fidem, è vivis, ita volente Deo, avocantur. *Illi* salvantur, quia in Baptismo Deus omnibus promiscuè citra exceptionem *sexus, ætatis, conditionis, status ex intentione sua* gratiam, misericordiam & remissionem peccatorum offert, confert & per Spiritum Sanctum obsignat. *Hi* licet ordinario salutis medio destituantur, non tamen statim damnantur. In eo quidem omnes, aut saltim præcipui *Papistarum* conveniunt, Baptismum *necessitate medii* simpliciter omnibus esse ad salutem necessarium. *Bellarminus* lib. 6. de amiss. grat. & statu peccat. cap. 2. ait, *fide Catholica tenendum esse, parvulos sine Baptismo decedentes absolutè esse damnatos, & non sola cœlesti, sed etiam naturali beatitudine perpetua carituros.* Ad quam fidem Catholicam provocavit *Hungerus* in Concilio Ratisponensi sess. 2. p. 74. Suffragantur *Lindanus* lib. 4. Panopl. c. 15. *Azorius* lib. 9. mor. c. 33. *Maldonatus* ad Matth. 25. 27. *Tannerus* disp. 4. de Sacram. Bapt. q. 3. dub. 1. *Swarez* Tom. 3. de Bapt. *Salianus* in annal. Ecclesiast. ad ann. 1. diem. 13. p. 90. Sed ab hoc rigore immani & Rhadamantæo merito remiserunt illi *Scholasticorum*, qui *alienum videri à Dei misericordia*

censuerunt, ut infiniti fidelium infantes, quos Deus ipse Baptismo præripit, pereant. In hanc sententiam citant *Tannerus*, *Bellarminus* lib. 1. de *Sacram*. Bapt. c. 6. *Estius* in 2. sentent. dist. 33. §. 7. *Georg. Cassander* in peculiari tract. de statu infant. qui in Ecclesia nati citra Baptismum moriuntur oper. p. 760. *Cajetanũ, Gabrielem, Gersonem, Altisiodorensem, Alensẽ, Sylvestrem, Bonaventuram, Tileman. Sigebergensem, Thomam Elysium, Lombardum, Thomam.* Imo omnes illi id agnoscere tenentur, qui agnoscunt infantes alios Martyres Baptismo aquæ præreptos, æternæ salutis participes fore. 2. Christus dicit, *qui nõ crediderit condẽnabitur*. Sed *D. Volusius* ait, qui *nõ crediderit condẽnabitur*. Utri credendũ? *Non est ullus ulli medius locus, ut possit esse nisi cum Diabolo, qui non est cum Christo*, inquit *Augustinus* lib. 1. de peccat. merit. c. 28. In die judicii duo tantum erunt ordines omnium vivorum & mortuorum, quorum illi ad vitam admittentur, qui fuerint *à dextris*; ad ignem æternum mittentur, qui *à sinistris*. Non damnandos sibi facere non credentes, Scripturæ repugnat. Et quorsum tandem remittit suos non credentes *D. Volusius*. Fortè (quorsum inclinat p. 419.) *ad lymbum*, de quo ita *Bellarminus* lib. 2. de Purgat. cap. 6. *Octava est communis Scholasticorum, Purgatorium esse intra viscera terræ inferno ipsi vicinum. Constituunt enim Scholastici communi consensu intra terram quatuor sinus, sive unum in quatuor partes divisum; Unum pro damnatis, alterum pro purgandis, tertium pro infantibus sine Baptismo abeuntibus, quartum

pro justis, qui moriebantur ante Christi passionem, *qui nunc vacuus remanet. Pro poena solius damni aeternâ est limbus puerorum.* Consentiunt *Fevardentius* lib.2. Theom. Calvinist. c.16.n.9.10. *Barradius* Tom.3.concion. lib.4.c.5. *Viguerius* in instit. Theol.c.16.de Sacram. poenit. §. 4. *Becanus* tract. de peccat. orig. cap.9. lib.1. manual.c. 8. Quae in *materia poenae* infantium non baptizatorum agitata fuerint in Concilio Tridentino inter *Franciscanos & Dominicanos* exponit *Petrus Suavis Polanus* in hist. lib.2.p.201. Verum hoc *Pelagianorum* commentum refutat Scriptura multis in locis. Cóf. Matth. 7.13.14.8.12.25. 34.41. Apoc. 20.15.3. Illud *discredere* ignorant Scriptores tum Sacri, tum (ut puto) profani. Et quid aliud est *non credere,* quam *actualiter incredulum esse.* Sanè ubique Scriptura S. non credentibus tribuit incredulitatem, non ratione *habitus,* sed ratione *actus,* ut ex omnibus Scripturae locis patet, quae de incredulitate agunt. Conf. Marc.16.16. Joh.3.36.16.9. Rom.14.23.1. Joh.5. 10. Nec contrarium evincunt Joh. 20.27. coll. cum 25. Rom.4.19.20. Quia in *priori* omnino agitur de Thomae *incredulitate actuali.* Revera enim incredulus fuit, ac eo ipso commisit *peccatum omnino gravissimum,* & nisi resipuisset, aeternae damnationi fuisset subjectus. Fuisse autem tale gravissimum peccatum & respectu *operantis,* qui non ex communi grege discipulorum Christi, sed ex *Apostolorum* collegio erat; & *objecti,* quod articulum fidei fundamentalem,

Christi resurrectionem concernebat, adeoque mendacii accusabat *Mulieres*, *Apostolos*, *Christum*, *Deumq;* ipsum: & *adstantium*, quos scandalizabat: & *durationis*, quia per integros octo dies in hac sua incredulitate perseverabat, aliorumque ratione patet. In *posteriori loco* tetricus de *dubitatione Papistica & incertitudine gratiæ* error, quem post *Concilium Tridentinum* (de cujus tamen mente genuina adhuc litigant) defendunt *Petrus Canisius* in Catech. p. 381. *Costerus* in enchirid. cap. 4. p. 187. *Bellarmin.* lib. 3. de Justif. cap. 2. 3. ab *Apostolo* luculenter refellitur. Quemadmodum enim fides *Abrahæ* se habuit, ita & nostra se debet habere: quia Apostolus eum vocat *Patrem Credentium* v. 11. non ratione *carnalis generationis*, vel *spiritualis regenerationis*: sed ratione *exempli*, ut illum cuncti credentes, vel uti Doctorem Ductoremque suum sequantur Conf. v. 12. 23. Atqui fides *Abrahæ* ita se habuit, ut fuerit *immota, constans & certa fiducia sine hæsitatione & fluctuatione*. Hinc dicitur, quod ipsi *obsignata sit justitia fidei per Sacramentum Circumcisionis* v. 11. quod in *spem contra spem crediderit* v. 18. quod *minimè infirmatus fuerit fide* v. 19 quod *non dubitârit ad hanc promissionem Dei per incredulitatem*, sed quod *corroboratus fuerit fide tributa Deo gloriâ* v. 20. quod *planè persuasum habuerit eum, qui promiserat, posse efficere* v. 21. Agnoscimus quidem in *renatis & tentatis* dubitationem & infirmitatem fidei in *applicatione meriti Christi*, in quibus fides luctatur ac langui-

da

da redditur, suaque *modo* incrementa, *modo* decrementa habet, non tamen penitus abjicitur: unde etiam auscultatione verbi, Eucharistiæ usu & precibus sanari potest: inegamus tamen illam infirmitatem & dubitationem in fide locum habere, quæ fidem vincit, ac nihil aliud est, quam *stolida rationis coeca disceptatio.*

§.19. TERTIA EXCEPTIO hæc est: Das diese Kinder / Gottes Kinder sein durch den Glauben / ist man Catholischer Seiten gern geständig mit Paulo Gal.3.26. Joh.1.12. daß aber dieses eben ein würcklicher Glaube sein müsse / muß der Gegentheil erweisen. Resp. Quemadmodum ex *Apostol* Gal.3. Joh.1. patet, concedente *D. Volusio*, infantes esse filios Dei per fidem: ita ex eodem quoque constat fidem nonnisi actualem esse. *Prius* ex jure filiationis consequitur, ad quod necessario requiritur fides, *sine qua Deo placere impossibile*, Ebr.11.6 qua sola Christum recipimus & potestatem accipimus ut fiamus filii Dei Joh.1.12. *Posterius* ita probatur: Fides, qua quis Christum induit, est actualis. At Infantium fides est talis qua Christũ induunt. E. Infantium fides est actualis. *Major* patet, quia *induitio Christi est imputatio & applicatio meritorum & justitiæ Christi per fidem*, quæ facit *filios Dei* v 26. *unum cum Christo* v.28. ac *semen Abrahæ* juxta ἐπαγγελίαν & κληρονομίαν v. 29. Atque ita quoque post *Basilium, Ambrosium, Augustinum, Chrysostomum* dictum hocce explicat *Anselmus Cantuariensis Episcopus* Com. in h.l.p.303. *Quicunq;, id est, cujuscunq; sexus & ætatis Christum pro veste accepistis, ut indumento*

justitiæ illius circumdati non ostendatis jam ab ulla parte quicquam in operibus & conversatione vestra, nisi sanctitatem Christianitatis. Sequitur *Thomas* Card. *Cajetanus* comm. in h.l. pag. 100. *Christum induistis, id est, Christi conditionem suscepistis, tanquam indumento Christo estis operti, hoc est, quod ex Baptismo consecuti estis, quod Christus tegit omnia vestra peccata, vestit omnia opera, omnes affectus &c. Imò conditionibus Christi affecti, estis filii Dei, hæredes Dei, calcantes mundum & reliqua hujusmodi, quæ sunt conditiones Christi. Et ut unico verbo dicatur, dixit, Christum induistis, perinde ac si dixisset, in Christum mutati estis, Christi Personam subiistis, sicut qui subit personam Legati &c.* In altero loco Joh. 1. 12 diserta mentio fit *apprehensionis fiducialis: quotquot* ἔλαβον *apprehenderunt*, receperunt, amplexi sunt eum. Sanè cui attribuitur *τὸ apprehendere*, illi quoque attribuitur actualitas. At fidei hic attribuitur *τὸ apprehendere*, quod quidem negat *Bellarmin.* lib. 1. de Justif. c. 16. §. Restat caput: verùm eo ipso disertè sese opponit h.l. ubi ὅσοι ἔλαβον sunt πιςέυοντες ut & Rō. 5. 11. 17. 8. 15. 1. Cor. 11. 12. Gal. 3. 14. Ebr. 10. 26. quod & alibi lib. 2. de grat. & lib. arbit. c. 3. & lib. 1. de Justif. c. 25. agnoscit, quando inquit: *Credere est Christum recipere.* Quin & *Costerus* in enchirid. p. 313. fatetur, *credere esse fide apprehendere.* QUARTA EXCEPTIO hæc est: Die Exempel der Judenkinder denen die Beschneidung als ein Siegel der Gerechtigkeit deß Glaubens auß Paulo Rom. 4. 11. sol gegeben worden sein/ macht dieses eben

so

so wenig wahr/weiln die Frage immerfort bleibet/ob es fides actualis, oder interpretativa seu virtualis & effectiva ein außtrücklicher eigentlicher Glaube/ oder nur ein gleichgeltender / in einem solchen Werck / mit welchem man sich zum Glauben eusserlich bekennnet/ bestehender Glaub gewesen. Resp. *A*rgumentum ita formari solet: *S*i Infantes circumcisi non destituti fuere fide, per quam sunt salvati, utique nec Infantes baptizati illa destituentur; patet, quia Sacramenta N. T. non sunt minoris virtutis & efficaciæ, quam fuere Sacramenta V. T. Quis enim crederet sortem Judęorum fuisse feliciorem sub umbris delitescentium, quam Christianorum corpus habentium. At prius est, quia circumcisio ipsis revera fuit *medium salutare Gen.*17.7.10.11.19. ut & *signaculum justitiæ fidei* Rom.4.11. ubi geminus adseritur *finis principalis* circumcisionis. Primus est *gratiæ salutaris collatio*: *A*lter *promissionum gratiæ obsignatio*. Primum inprimis impugnant *Pontificii* statuentes, *Sacramenta ex opere operato gratiam conferre*. Unde illud discrimen ponunt inter Sacramenta veteris & novæ legis, quod nostra conferant gratiam *ex opere operato*; illa vero solum eam significarint. Conf. *Concil. Trident.* sess. 7. c. 8. *Bellarmin*. lib. 2. de Sacram. c. 3. De variis *Tridentinorum* contentionibus videatur *Historia Concil. Trid.* p. 271, Verum præterquam illud *S*acramentorum discrimen nullum sit, ad salutarem eorum fructum *ex parte nostri* omnino requiritur fides, qua gratiam in Sacramentis oblatam

 acce-

justitiæ illius circumdati, non ostendatis jam ab ulla parte quicquam in operibus & conversatione vestra, nisi sanctitatem Christianitatis. Sequitur *Thomas* Card. *Cajetanus* comm. in h. l. pag. 100. *Christum induistis, id est, Christi conditionem suscepistis, tanquam indumento Christo estis operti, hoc est, quod ex Baptismo consecuti estis, quod Christus tegit omnia vestra peccata, vestit omnia opera, omnes affectus &c. Imò conditionibus Christi affecti, estis filii Dei, hæredes Dei, calcantes mundum & reliqua hujusmodi, quæ sunt conditiones Christi. Et ut unico verbo dicatur, dixit, Christum induistis, perinde ac si dixisset, in Christum mutati estis, Christi Personam subiistis, sicut qui subit personam Legati &c.* In altero loco Joh. 1. 12 disertá mentio fit *apprehensionis fiducialis*: *quotquot* ἔλαβον *apprehenderunt*, receperunt, amplexi sunt eum. Sanè cui attribuitur τὸ *apprehendere*, illi quoque attribuitur actualitas. At fidei hic attribuitur τὸ *apprehendere*, quod quidem negat *Bellarmin.* lib. 1. de Justif. c. 16. §. Restat caput: verùm eo ipso disertè sese opponit h. l. ubi ὅσοι ἔλαβον sunt πιςεύοντες ut & Rō. 5. 11. 17. 8. 15. 1. Cor. 11. 12. Gal. 3. 14. Ebr. 10. 26. quod & alibi lib. 2. de grat. & lib. arbit. c. 3. & lib. 1. de Justif. c. 25. agnoscit, quando inquit: *Credere est Christum recipere.* Quin & *Costerus* in enchirid. p. 313. fatetur, *credere esse fide apprehendere.* QUARTA EXCEPTIO hæc est: Die Exempel der Judenkinder denen die Beschneidung als ein Siegel der Grechtigkeit deß Glaubens auß Paulo Rom. 4. 11. sol gegeben worden sein/ macht dieses eben

so

so wenig wahr/weiln die Frage immerfort bleibet/ob es fides actualis, oder interpretativa seu virtualis & effectiva ein außtrücklicher eigentlicher Glaube / oder nur ein gleichgeltender / in einem solchen Werck / mit welchem man sich zum Glauben eusserlich bekennnet/ bestehender Glaub gewesen. Resp. *Argumentum* ita formari solet: *Si* Infantes circumcisi non destituti fuere fide, per quam sunt salvati, utique nec Infantes baptizati illa destituentur; patet, quia Sacramenta N. T. non sunt minoris virtutis & efficaciæ, quam fuere Sacramenta V. T. Quis enim crederet sortem Judęorum fuisse feliciorem sub umbris delitescentium, quam Christianorum corpus habentium. At prius est, quia circumcisio ipsis revera fuit *medium salutare Gen.* 17. 7. 10. 11. 19. ut & *signaculum justitiæ fidei* Rom. 4. 11. ubi geminus adseritur *finis principalis* circumcisionis. Primus est *gratiæ salutaris collatio*: *Alter promissionum gratiæ obsignatio*. Primum inprimis impugnant *Pontificii* statuentes, *Sacramenta ex opere operato gratiam conferre*. Unde illud discrimen ponunt inter Sacramenta veteris & novæ legis, quod nostra conferant gratiam *êx opere operato*; illa vero solum eam significarint. Conf. *Concil. Trident.* sess. 7. c. 8. *Bellarmin.* lib. 2. de Sacram. c. 3. De variis *Tridentinorum* contentionibus videatur *Historia Concil. Trid.* p. 271. Verum præterquam illud *S*acramentorum discrimen nullum sit, ad salutarem eorum fructum *ex parte nostri* omnino requiritur fides, qua gratiam in Sacramentis oblatam

acceptemus, nobisque applicemus. Non sufficiebat *fides externa, virtualis seu interpretativa*, sed requirebatur *interna, actualis & propria* sine qua nulla prorsus est gratiæ apprehensio, receptio ac applicatio. ULTIMA D. Volusii EXCEPTIO, in qua nimium sibi placet, contra nos non militat. *Supra* circa *Becani* examen, dictum, quousq; exemplum *Johannis* admittamus. Quamvis enim *saltus hic extraordinarius* fuerit, nec in consequentiam universalem trahendus; arguit tamen *infantes quoq; esse fidei & Spiritualium motuum capaces. Atque* hactenus fortiter repellit *Adversariorum* argumentum, quo ex *ἀδυναμία* naturali & defectu ratiocinationis concludunt, *Infantes non posse credere.* Imo juxta *Augustinum* Tom.2. oper. epist.57. p.95. cum adhuc erat *intra viscera materna potuit agnoscere, credere, consentire*, & credidit etiam in Christum, dum juxta vaticinium *Gabrielis* Luc.1.44. repletus Spiritu S ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει *exultavit cum gaudio*; quod *gaudium* non fuit *brutum* aut ἄλογον, sed ex agnitione *Messiæ* advenientis originem traxit. Hinc bene *S. Ambrosius* Tom.2. oper. part.2. exposit. in Luc. cap.4. l.2. sub finem: *Habebat intelligendi sensum, qui exultandi habebat affectum.* Quod etiam largitur *Bellarminus*, quando ait lib.1. de Bapt. cap.2. §. tertium argumentum: *Johannem Baptistam non habuisse motum illum sine cognitione, qua cognovit præsentiã Domini & exultavit inde.* Deinde etiam ex *Protobaptistæ* exemplo colligimus

de

de fide Infantium judicandum esse non *ex viribus & actionibus naturalibus*, uti haud obscurè *D. Volusius*, sed ex *virtute & operatione Spiritus S.* qui *extraordinariè* egit in Baptista, *ordinariè* autem hodie in & per Baptismum, quo infantes in ipso actu Baptismi, prout à Christo institutus & traditus est, ad unum omnes verè regenerantur ad vitam æternam Joh. 3. 5. Tit. 3. 5. Eph. 5. 27. Nulla hic *successio* cogitanda, sed omnis hæc gratiæ collatio in momento, in ipso Baptismi actu perficitur: Docendi tamen gratia ordinem observare possumus. Reliqua quæ subnectit *D. Volusius* ex superioribus facilem admittunt solutionem.

§. 20. Antithesis II. *Calvinianorum* (quos non *criminandi*, sed *discriminandi* animo ita nuncupamus) est. Hi in varia sententiarum divortia abripiuntur. *Quidam* I. Infantibus omnem fidem denegant, ita ut doctrinam hanc cum *Pontificiis* nonnullis pro commento habeant. Hisce enim verbis contra nos insurgit *Petrus Cunæus* lib. 3. de Republ. Ebr. cap. 9. p. 402. *Non ignoro*, ait *extare scripta gravissimorum hominum, qui in Infantibus, uti captus eorum est, inesse quandam sacræ fidei vim, tradunt. Sed hoc tam fatuum est, ut flagris castigari dignum sit. Apostoli enim vox est* Rom. 10. 18. ὁ ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς, *ex auditione fidem esse, addamus nos etiam ab assensu. Agant verò illi, quorum est illud delirium, & memoriam pueritiæ suæ, quoad possunt, repetant ultimam. Sanè haud dicent se vel illo tempore cùm inter æquales primùm luderent, quicquam magnopere compertum habuis-*

se de summo religionis mysterio. Aut si dixerint, tum verò mihi incedant cum manicatâ tunicâ. Ita decet prof ctò, nam ab incunabulis sapiunt. Secutus forte *Piscatorem*, qui ad Matth. 21. 14. p. 521. hæc commentatur: *Etiamsi ponatur, sermonem hîc de Infantibus esse; Tamē non potest hinc certò concludi illos præditos esse fide. Etenim Infantium potest esse regnum cœlorum, etiamsi non credant, dummodo sint electi. Fides enim in Scripturis nusquam requiritur, nisi ab adultis, ut qui capaces sint auditus, per quem datur fides.* Sed hæc sententia quia scommata simul admista habet, elenchum non meretur. Aliâs infantes electos sine fide propriâ adoptari ac salvari, alibi disputant. Ita enim disertè *Calvinus* in harmon. p. 253. *quòd non aliter reconciliari nos* Deo *&* *adoptionis hæredes fieri contendunt, quàm fide, hoc de adultis fatemur, sed quod ad infantes attinet, falsum est. Dan. Chamier* Tom. 3. Panstrat. Cathol. lib 13. c. 10. n. 18. pag 210 confidenter asserit: *Nobis persuasissimum est remissa esse peccata, antequam credamus. Certè infantes nos negamus credere, & tamen infantibus condonari peccata.* Consentit *Cloppenburg* in gangrænâ Theol. Anab. pag. 379. *Supervacaneum est*, ait, *te fatigare in problemate illo, an fides vel semen fidei saltem sit in infantibus fidelium, ut res baptismi significata: Sufficit enim ut sit in baptismo res significata, infantium à Deo insitio in Christum, & communio Spiritus S. ipsos custodientis ad efficiendam in ipsis, ubi adoleverint, fidem salvificam. Nos quidem salvo aliorum judicio tuemur problematis illius Negativam, ac supponimus infantes fidelium arcanâ immediatâ operatione Spiritus S. inseri Christo, donec vel in hâc vitâ, vel in*

mortis

mortis articulo infantilis ætas fidem accipiat, D. *Ioh. Crocius* in comm. de Justif. disp. 18. th. 62. p. 1116. *Simpliciter omnes infantes, qui baptizantur, verè justificari & fidem accipere, etsi aliqui eorum, qui Lutheri nomen suo dogmati obtendunt, doceant, nos tamen non credimus, quia Scriptura nusquam affirmat.* D. *Voetius* part. 2. disp. select. de statu Electorum p. 431. ait *infantes absque actuali cognitione justificantur & salvantur.* disp. de regeneratione p. 442. negat, *fidem esse causam regenerationis*, cum ejus *terminus & effectum sit*. Et licet quidam ita loquantur, illos (Reformat.) tantum intelligere, *excitationem ad actualē sanctitatem, aut regenerationis continuationem, augmentationem, instaurationem & confirmationem*, dicit. Unde non dubitant affirmare de Infantibus Christianorum Electis, quòd vel post Baptismum aliquando sint regenerandi, vel cum Baptismo externo regenerentur concomitanter, vel ante Baptismum jam sint regenerati, id quod multis demonstrat *Massonius* in Anatom. pag. 100. *Baptismus* enim juxta *Bucanum* Loc. 47. q. 60. pag. 648. *non facit Christianum, sed significat; Cum inde ab utero ad Christum & Ecclesiam pertineant, ac Christianorum liberi nascantur Christiani, ùt Judaeorum Judæi.* Conf. *Ursin.* p. 99. *Pareus* in Iren. p. 262. *Unde sequitur*, inquit, *Calvinus* lib. 4. instit. c. 15. n. 22. *non ideò baptizarè fidelium liberos, ut Filii Dei tunc primùm fiant, qui ante alieni fuerint ab Ecclesiâ, sed solenni potius signo recipi in Ecclesiam, quia promissionis beneficio jam ante ad Christi corpus pertinebant.* Et cap. 16. n. 17. *Infantes qui servādi sunt, (ùt certè ex eâ ætate omnino aliqui servantur) ante à Domino regenerari minimè obscurum est.* Conf.

Antid. Conc. Trid. sess. 6. p. 277. defens. 2. conf. Westphal. p. 792. *Nos* scribit, *Pet. Martyr.* ad. Rom. 6. *neq; parvulos baptizaremus, nisi jam eos ad Ecclesiam & ad Christum arbitraremur pertinere. Filii Christi,* ait *Amesius* in Bellarm. enervato lib. 2. de Bapt. c. 1. p. 337. *incipimus esse per fidem ante Baptismum. Baptizantur propriè homines, quia pro filiis Dei habentur, non ut incipiant esse filii.* Glossa *Tremellii* ad 1. Cor. 7. 14. hæc est: *Fidelium liberi vi fœderis sancti sunt vel ante Baptismum: Accedit autem Baptismus tanquam sanctitatis sigillum.* Unde & *Bucanus* c. l. p. 607. *fideles infantes* ante baptismum habet, (quibus tamen baptizatis q. 20. & 35. fidem actualem denegat,) haud secus ac Patres Concilii Tridentini *peccatores fideles* habent, sess. 6. c. 15. Conf. §. 2. Quia vero communis *Reformatorum* querela est, iniquum de sententia s. dogmatibus Ecclesiæ suæ à nostris è privatis Dd. scriptis fieri judicium, quo de conqueruntur *Wendelin.* lib. 1. Christ. Theol. c. 9. th. 6. exerc. 2. §. 4. ex. 18. §. 17. n. 3. *Massonius* part. 1. anat. univ. triumph. cap. 8. p. 232. *Crocius*, *Bergius*, *Georgius Pauli*, quamvis id optimo jure fieri possit, mentem ipsorum ex publicis scriptis paulo altius repetemus. Non autē hic adferam, quod in publicis Ecclesiarum Reformatarum confessionibus de effectu Baptismi primario (quod Infantes gratiam regenerationis per eum consequantur ceu medium non solum *obsignandi*, sed & *conferendi* regenerationem & renovationem Divinitus ordinatū) altum sit silentium: quodque ei solum tribuatur *testificatio*, *significatio*, *obsignatio remissionis*

pecca-

peccatorum & ablutionis interioris in Confessione *Helvetica* art. 20. synt. conf. p. 69. *Gallica* art. 38. p. 110. *Anglica* p. 119. 132. *Polonica* propos. 45. p. 197. isque primus & præcipuus Sacramentorum usus statuatur in confessione *Palatin*, synt. Conf. p. 204. quod nempe *certa sigilla sint & testimonia voluntatis & gratiæ Dei erga nos*: quod Catechesis *Heidelbergensis* quæst. 72. 73. quæ jam communis est *Reformatis* omnibus, neget, *externum Baptismum aquæ peccatorum esse ablutionem, quia solus sanguis Iesu Christi purgat nos ab omni peccato, appellari autem lavacrum regenerationis, & ablutionem peccatorum asserat, quod hoc Divino symbolo ac pignore Deus nobis certum faciat, nos non minus verè à peccatis nostris interna lotione ablui, quam externa & visibili aquâ abluti sumus* Cõf. *Admõ Neostad.* p. 50. præfat. Apol. quæ præmissa *Orthodoxo Consens*, a. 6. Tantum inquiram, quid hic *Patres Dordracenses* statuant, inprimis cum eadem synodus pag. 376. edit. Hanov. *obtestatur*, *omnes per nomen Domini, ut de Ecclesiarum Reformatarum fide, non ex coacervatis hinc inde calumniis, vel etiam privatis nonnullorum, tum Veterum, tum Recentium Doctorum dictis, sæpe etiã aut malâ fide citatis aut corruptis, & in alienum sensum detortis, sed ex publicis ipsarum Ecclesiarum confeßionibus, & ex HAC, orthodoxæ Doctrinæ declaratione, unanimi omnium & singulorum totius Synodi membrorum consensu formata, judicent.* Ipsa autem *synodus* negat Baptismum aquæ fidem ac regenerationem conferre omnibus infantibus. *Mandavit*, ait artic. 34. p. 429. *Deus, ut omnes, qui SVI sunt, in nomine Patris & Filii & Spiritus S. pura puta*

aqua

aqua baptizentur, ut eo significet, quod sicuti aqua in nos effusa & super corpus baptizati conspicua, ipsumq; aspergens Sordes corporis abluit: sic & sanguis Christi per Spiritum S. idem præstat, internè in anima aspergens eam &c: Asserit, *fidem justificantem esse donum Dei Electis pecculiare* sess. 143. p. 411. *Infantium nec Electionem nec reprobationem esse in* judic. exter. p. 545. *Solos adultos per veram fidem esse Christo insitos* pag. 763. *falsam esse hanc assumptionem*, quâ asseritur, *omnes fidelium baptizatos liberos verè ac actualiter credere* sess. 99. 328. Ad rationem *Electionis divinæ s. ponendam s. tollendã circumstantiam ætatis esse quiddam impertinens, & nihil prorsus operari* p. 499. Quid quod *Helvesii* p. 540. haud certo credent infantes fidelium, si moriantur ante annos discretionis in infantia, in qua non queunt credere, æternum salvari, licet optimè de illis sperent.

§. 21. Alii 2. τὸ ἐπέχειν hìc arripiunt. Unde *Whittakerus* præl. de Sacram. q. 4. c. 5. laudat prudentiam & modestiam *Calvini*, qui *nihil ausus fuit hìc temerè definire*. Sed quia Scriptura controversiam hanc clarè definivit, ut supra demonstratum, non opus est, ut hìc fluctuemus. *Alii*. 3. infantibus quidem nec ἐνεργείᾳ nec δυνάμει fidẽ tribuunt, salvari tamen illos dicunt *fide alienâ, piorum* scilicet *Parentum vel Ecclesiæ fide*, utpote quæ ipsis ex fœdere Dei ad justificationem imputetur. Ita docent *Beza* in coll. Mompelg. f. 49. resp. 2. ad acta. Coll. Momp. f. 99. 135. vol. 3. f. 346. *Zanchius, Hungari, Perkinsius, Bucanus, Marloratus,*

Sneca-

Snecanus, *Rivetus* in Genes. exerc. 89. p. 345. Verùm de *fide alienâ* contra *Becanum*. §. 14. & *D. Volusium* §. 17. egimus. Hîc sibi ipsi respondeat *Beza*. in qq. & resp. p. 2. q. 126. *Parentum fidem*, ait, *infantibus imputari, quasi alienâ fide credentibus, non minùs falsum & absurdum est, quàm si dixerim, quempiam posse alienâ animâ, aut alterius sapientiâ sapere. Festus Hommius* in disp. Theol. negat *dici posse, quòd infantes credant alienâ fide Ecclesiæ vel susceptorum*, disp. 44. th. 3. Johan. Von Münster zu Vortlage inquit: Ein frembder Glaube/oder Gottseeligkeit kan niemand seelig machen/ part. 2. postill. p. 360. Quod attinet *formulam fœderis*, illa nulli prodest, nisi qui per propriam fidem sibi eam applicat, aliâs sequeretur, omnes infantes fidelium ante adultam ætatem discedentes absque Bapismo fide parentum salvari, nullosque ipsorum esse è numero reprobatorum, quod difficulter concedent absoluti decreti Patroni. Distinguimus hîc inter *ipsam gratiæ fœderalis promissionem & fructus seu efficatiæ communionem. Alii* 4. asserunt infantes credere *potentiâ & inclinatione, actu primo non secundo, in semente non in messe*. Unde *semen* aliquod fidei ac *radicem* ipsis duntaxat inesse, statuunt, cujus rami & fructus progressu temporis in adultâ ætate exerantur. Ita docent *Trelcatius*, *Franc. Junius*, *Festus Hommius*, *Ursinus*, *Sebastianus Benefeld*, *Pareus*, *Bucanus*, *Sohnius*, *Zepperus*, *Ampsingius*, *Martinius*, *Lubbertus*, *Alstedius*, *Walæus* LL. CC. de Bapt. paulò ante finem *Gerhard.*

Joh.Vossius disp.de Bapt.p.17.174. *Massonius in Anat.univ*.part.3.p.485.488. seq.*Altingius* part. 1.probl.Theol.p 195. *Wendelin.in exerc.Th.ex*, 86.p.1389.exerc.119.p.52,seq.*Joh.Henr.Hottingerus* in cursu Theologico pag. 434. Respond. his, verbis *Ravenspergeri* apud Batavos Calvinistæ, quæ sunt in florilegio p.169.170. *Fundamento*, inquit, *carere dicimus distinctionem fidei in potentialem & actualem, item illam fidei actualis in fidem actus primi & secundi. Vanitas! non quæritur, an* In*fantes, ubi adoleverint, habituri sint, vel habere possint fidem, sed utrum Infantes dum sunt infantes, fidem veram & salvificam habeant?* Bene. Quid enim est fides in potentiâ? Annon verè est non ens seu æquivocè ens. *At verò non entis nulla sunt operationes reales*. Quomodo ergò talis fides potentialis justitiam Christi apprehendere potest? Si potentiâ. Ergo Infantes etiam solùm potentiâ justificabuntur. Qualis enim justitiæ Christi apprehensio, talis justificatio. *At* Scriptura dicit, *potestatem filios Dei fieri, his datam esse, qui Christum receperunt*, Joh. 1.12. Sed hoc *fide verâ, actuali & propriâ* fit, cùm fide *æquivocâ, potentiali & alienâ* nemo possit Christum recipere. Deinde quod concernit *semen fidei*, quæro an id statuant *otiosum*, an *operosum?* Non prius, quia frustra daretur. E. posterius. Ergo operabitur motus. *At* hi motus erunt, vel *à naturâ*, vel *à Spiritus S.gratiâ*. Non prius, quia hoc Pelagianismum sapit. Ergo posterius. Sed talis motus apprehendit meritum

Christi,

Christi, & pro ætate parvulorum operatur στεναγμοὺς ἀλαλήτους, quos nos fidei actus vocamus. Quòd si verò per *semen* sive *radicem fidei* intelligant *Spiritum* S. absurdum hoc admittere coguntur, *esse causam in actu positam* (Spiritum S. gratiosè inhabitantem) *& non producere effectum* (veram & salvificam fidem.) Argumenta, quæ hîc adferuntur, circa examen *Becani*, quia orthodoxiæ oppugnationem hîc communem habent *Calvinistæ & Papistæ*, maximam partem vidimus. *Altingii* verò in probl. Theol. *Wendelini* in exercitationibus, *Massonii* in Anatom. univ. fundamenta, alii destruxére. Quid novi promat *D. Sam. Maresius*: (Ille *de cœlis Samuel datus atque petitus*, uti *Abdiæ widmario* Collegæ suo audit, *D. Joh. Crocius*, verò *Academiæ Groningensis lumen* in Antiweig. part. 2. p. 169.) Hoc loco paucis dispiciendum. Hîc licet certæ Sociorum suorum parti se non velit, quantum apparet, apertè adjungere, sed *malit in hâc dissentientium turbâ* ἐπέχειν *& rem totam, utpote in Scripturis indecisam* (contrarium supra demonstratum) *Deo committere*, quod sustinebat part. 2. Theol. Elench. pag. 274 tamen hâc modestiâ non contentus, omnes ferè Doctorum suorum sententias in unam quasi placentam conglobat, ita pag. 276. concludens: *Commodissimè statui in fide Parentum infantes baptizari, non verò justificari: cùm justificentur tantùm activè & ex parte Dei, non passivè aliquo actu fidei, cùm non sentiant quid sibi fiat, (uti nec infans sentit, qui in cunis co-*

ronatur,) nihilque habeant, per quod ex parte sui materialem istam obsignationem formaliter percipiant: Tamen si pertinuerint ad electionem Dei, id intelligent postea, & multiplices consolationis fructus percipient ex illo suo Baptismo, reflectendo ad eum, Pag. 277. & pag. 563. controv. 19. de Bapt. pro Imperio jubet, ut *censeantur infantes templa Spiritus S. suo modo inhabitantis in illis, si electi fuerint*, ad ipsos Christo inserendos & cũ eorum capaces fuerint, *excitaturi in ipsis illos habitus fidei, spei & charitatis, & actus eorũ elicituri: Verũ fideles nec ab habitu, nec ab actu fidei denominentur, sed tantùm, quia* Baptisma *Sacramentum est fidei & suo sensu fides ab ipsa actuali receptione Baptismi, quæ est vera fidei professio: quæ illis tamen potiùs passivè competit & dispositivè, quàm activè: prout Bethlehemitici pueri martyribus annumerentur.* In systemate autem Theol. Loc. ult. th. 54. p. 542. mentem suam ita explicat: *Nec etiam penitus absque fide infantes baptizantur, non quod fides actu vel habitu ipsis per Baptismum infundatur, ut statuunt Pontificii & quadantenus Lutherani, cum de eo effectu Baptismi taceat Scriptura, & in adultis fidei Baptismum præcedat, & si qua in infantibus statuatur, ut fit à nonnullis, fides habitualis, actualis aut seminalis, illa potiùs prærequiratur in Baptismo, quàm efficiatur ab illo; quãvis talem fidem nec scriptura tribuat uspiam infantibus, nec ex analogiâ Scripturæ illis attribuere queamus: Sed quia tum in fide Parentum baptizantur, prout Abraham circumcidit Isaacum nixus promissione divinâ sibi & semini suo factâ, tũ*

grandiores facti, ad pœnitentiam & fidei actus ex Baptismi memoriâ excitantur.

§. 22 Verùm missis petitionibus principii variis, quas hic proponit *Maresius*, respond. rursum verbis *Ravenspergeri*: *Non quæritur, an infantes ubi adoleverint, habituri sint, vel habere possint fidem, sed utrum Infantes, dum sunt Infantes, fidem veram & salvificam habeant?* Principalis error circa *fidei originem* committitur, quam *Maresius* cum Sociis *Electioni* adscribit, eò quòd juxta *Calvinũ* ad Act. 22. *Amyrald.* in defens. Calv. p. 104. *Polan.* lib. 9. syntagm. c. 6. *Zwinger.* defens. Calv. p. 297. fides solis Electis propria sit. Unde & ante *B*aptismum fidem in Infantibus existere docet *Maresius. Non enim infantes*, inquit pag. 274. *sunt baptizandi, quòd actu credant, sed quia ipsis non debet magis denegari Sacramentum initiationis sub N. F. quàm sub veteri.* Pag. 277. *Fidem instillari in* Baptismo, *nec Calvinus aut quisquam nostrûm unquam existimavit:* cùm *fides, sive habitualis sive actualis sive seminalis sit, potius prærequiratur in* Baptismo, *quàm efficiatur ab illo*, in syst. CL. conf. §. 15. Urget *Maresius* in Anti-Tirino pag. 264. & seq. I. *Loca Marc.* 16. 16. & Ebr. 11. 6. *de adultis esse intelligenda; Quia in priori Christus de iis loquitur, quibus jubet Evangelium annunciari: In secundo agit* Paulus *de eo, qui velit accedere ad Deum, quod utrumq; adultorum est. II. Infantes esse baptizandos, non quòd actu credant, sed quia ipsis non debet magis denegari Sacramentũ initiationis sub N. F.*

quàm sub Veteri, quandoquidem manent eadem promissiones, nobis & liberis nostris factæ, Gen. 17 7. Act. 11. 38. 39. *III. Actus vel habitus fidei tamdiu foret otiosus, quamdiu Infans ratione & institutione destitutus illo uti non poterit.* IV. *Nec tantum dandum esse aut Anabaptistarum instantiæ, aut præjudicatæ de Sacramentorum efficatiâ sententiæ ut ideò fides actualis tribueretur Infantibus, cùm nulla in eos cadat notitia.* Esa. 7. 16. Jon. 4. 11. *quæ tamen ad fidem requiritur, & hæc regulariter fit ex auditu,* Rom. 10 17. *cujus infantes nondum sunt capaces, ut verè dixerit* Augustinus epist. 57. *Scire divina parvulos, qui nec humana adhuc norunt si verbis velimus ostendere, vereor, ne ipsis sensibus nostris facere videamur injuriam, quando id loquendo suadere studemus, ubi omnes vires officiumq; sermonis superat evidentia veritatis. V. Loca* ex *Matth.* 18. 6. *Marc.* 9. 42. *Luc.* 18. 15. *huic postulato firmando non sufficere. Nam I. similis quidem videtur historia quæ exstat* Luc. 18. 15. & Matth. 18. 6. *non tamen est eadem, sic ut qui παιδία hic dicuntur, isthic βρέφη appellari censeantur. Videtur potius cum Matthæo conferendus Lucas* 9. 46. *II. Apud Evangelistas parvuli illi & minimi, qui dicuntur credere in Christum, & quos nemo impunè scandalizaverit, non sunt tales ætate cum ejus ætatis pueri scandalizari nequeant, sed innocentiâ, regeneratione & imitatione,* 1. Cor. 14. 20. *quod evidenter patet ex Marc* 10. 15. Sed hæc facilem habent solutionem. Ad 1. responsú §. 15. Addo, quare D. *Maresius* in Anti-Tirino cõtra

tra *Catabaptistas & Socinianos* ex Matth. 28. 19. Marc. 16. 16. deducat *sacrũ Baptisma habere necessitatem praecepti, ita ut negligi vel contemni citra piaculum & grande peccatum nequeat, cùm mandatum sit generale de omnibus baptizandis ac additam promissionem habeat.* Bene. Ut fides huic promissioni inclusa ab omnibus requiritur, qui ejus compotes reddi volunt: Ita & Baptismus requiritur ab omnibus, qui salvari volunt. Utrũque enim hic Christus requisivit, Baptismum nempe, juxtà cum fide, quia Sacramenta ut salutaria sint, requirunt semper fidem actu. Jam verò si ad Infantes pertinet *B*aptismi *S*acramentum, pro quo decertat *D. Maresius*, quidni etiã ad illos promissio eidem annexa, cùm ad Sacramentum propriè dictum requiratur *Verbum & Elementum*, verbum non solùm *institutionis*, sed & *promissionis*. Hinc & *Augustinus* rectè lib. 1. de peccat. mer. & remiss. c. 27. hunc locum ad parvulos applicat. Deinde loquitur quidem de illis Christus, quibus Evangelium annunciari debet, sed non tantùm. Verba mandati cum distinctione accipienda, *ut omnibus Evangelium praedicetur*, qui scilicet id audire possunt. (surdis certè id non praedicabitur,) *ac baptizẽtur omnes*, (utut surdi sint.) qui Baptismi capaces sunt. *S*imiliter Locus ex Ebr. 11. 6. generalis est. Nec valet, *Paulum de eo agere, qui velit accedere ad Deum. Hoc autem adultorum esse. S*iquidem non tantùm *pede & ore* Deum accedimus, *S*ed etiam *corde & suspiriis*; Non tantum *propriis viribus pedibusq;*

 sed &

sed & *alienis humeris & ulnis*. Sic hodie Infantes veniunt ad Baptismum operâ Parentum & Patrinorum, qui eos afferunt, & vocantur à Christo, quemadmodum promissum Esa. 49. 22. cujus impletio extat. Act. 11. 39. Huc faciunt verba *Bellarmini*, quę habet c. 8. lib. 1. de *Bapt.* §. altera; *Lucas*, ait, *ubi* παιδία, *Matthao & Marco sic appellatæ*, τὰ βρέφη *nominat ibidem dicit portata fuisse, non pedibus suis venisse: Afferebant ad ipsum & infantes* Luc. 18. 15. *Igitur venire accipitur largo modo, pro eo, quod est accedere, appropinquare.*

§. 23. Ad. 11. De usu Sacramentorum in genere *Aug. Confessio* (cujus omnes articulos, excepto 10. disertè probare *Reformatos*, ait, *Pareus* Irē. p. 273) in articulo 13. docet, *quod sint instituta, non modò ut sint notæ professionis inter homines* (discernunt enim Christianos à Paganis & Judæis, Orthodoxos ab Heterodoxis, fideles ab infidelibus,) *sed magis ut sint signa* (nō σημειωτικά, *sed* προσφερόμενα, *& testimonia voluntatis Dei erga nos ad excitandam & confirmandam fidem in his qui utuntur, proposita*. Non ergò Baptismus tantum *testis*, sed etiam *medii* vicem subit, fidei in nobis cum excitandæ & eliciendæ, tum confirmandæ & obsignandæ. Sed *Reformati* negant Baptismum esse adæquatum & ex institutione Christi ad fidem ingenerandam efficax organon. Ita enim disertè *Maresius* in assert. ex univ. Theol. Systemati Theol. annex. dec. 20. n. 6. p. 579. *Hoc lavacrum* (Baptismum intelligit) *regenerationis & remissionis peccatorum necessitatem quidem præcepti habet non tamen medii*. Unde

& di-

100. & *Maldonati* in c. 19. Matth. quod conjunctio *καὶ exaggerationis causa* ab Evangelista sit posita, quasi dicat, *non tantum tales pueruli, qui incedere ipsi poterant, ad Christum veniebant, sed etiam tales, quos portari oportebat, ad Christum afferebantur, nempe infantes.* Deinde *apud Evangelistas parvulos & minimos esse tales non solùm moribus* (Ethicè) de quibus Apostolus, uti post *Maresium* D. *Ioh. Crocius* in Anti-Weigelio part. 2. cap. 17. quæst. 6. quoque excipit; sed vel maximè *ætate* (Physicè) tales v. g. bimestres, trimestres, bimulos, trimulos, annicu-los &c. omnia prædicata evincunt. Et enim *vocavit Iesus puerulum, eumq; statuit in medio discipulorum suorum* v. 2. quem in exemplum humilitatis & fidei adultis imitandum proponit v. 3. Dicit enim omnes adultos, qui regnum cœlorum velint ingredi, similes fieri debere παιδίῳ τούτῳ, τοιοῦτο v. 4. 5. adeò ut Lucas cap. 9. 48. verba Christi ita proponat: *Quicunque susceperit* τοῦτο τὸ παιδίον i. e. hunc pusillum, quem apprehensum statuit inter discipulos. Nec *id evidenter patet* ex Marc. 10. 15. cùm juxta D. Maresium *similis quidem videatur historia, quæ extat* Luc. 18. 15. addo Marc. 10. 15. *non tamen eadem.* Quod si forte *Maresius* cum *Cornelio à Lapide* in cap. 19. Matth. 5. 19. *Smalcio* contra D. *Frantz*, disp. 10. p. 311. excipere velit, *Christum non dicere horum, sed talium* h. e. qui similes essent pueris, puta humilitate, simplicitate, candore, innocentiâ. &c: R. τοιούτων sæpissimè in N. T. esse τούτων *talium* hoc est *horum ipsorum*. Conf. Matth. 9. 8. 18. 15. Marc. 6. 2. Luc. 9. 9. 13. 2. Joh. 4. 23. Rom. 1. 32.

32. Prætcrea etiam diſcipuli non *ſimiles infantum*, ſed *ipſos infantes* à Rege cœlorum arcuerunt, id quod ægerrimè tulit. Denique Infantes ſcandalizari poſſe ſupra evictum. Rectè *Mart. Bucerus* ad Matth. 18. p. 146. *Negari non poteſt verè, naturâ & ætate puerum fuiſſe, quem in mediū ſtatuerat, τὸ παιδίον enim id eſt puerulum, Evangeliſtæ omnes ſcribunt. Igitur licet poſtea dicat; quisquis verò offenderit unum ex his parvis: non poſſum tamen id de aliis parvis quam puellis intelligere.*

§. 24. Tantum de *D. Mareſio*, Theol. Profeſſore ordinario in Academia Provinciali Groningæ & Omlandiæ. Videamus num in hac quæſtione *Mareſii* antagoniſta *D. Gisbertus Voetius* Theol. in Academia Ultrajectina Profeſſor ordinarius idem propugnet. Equidem alias *D. Voetio* tribuit *Papiſmos, Socinismos, Vorſtianiſmos, Browniſmos, Pelagianiſmos, Enthuſiasmos, Sceptiçiſmos*; dogmata *impia, inſana, furioſa, ſcandaloſa, athea, ducentia ad atheiſmum, proxima blaſphemiæ, ſeditioſa & Reipubl. pernicioſa, Ieſuiticis deteriora* &c: qualia *D. Mareſius* tradit in præfat. ad 2. part. Anti-Tirini, Theologo paradoxo, epiſtolâ apologetica, ultima patientia, linguâ abortiva, Xenijs Academicis &c: nihilominus tamen in concluſione præfat. cit. ſubjungit: *Convenimus*, ait, *Dei beneficio in fundamento, ijsdemq; conſenſus orthodoxi publicis formulis, confeſſione, Catechesi, ſynodi Dordracenæ canonibus ſubſcripſimus.* Hinc in præſenti quæſtione *de fide Infantium actuali* quã amicè quoque conſpirant. Ita enim docet *D. Voetius* part. 2. diſp. ſelect. diſp. de praxi fidei pag. 499. In

499. *In infantibus salvandis datur radix, facultas, principium supernaturale, semen s. seminarium, unde suo tempore suscitatur fides, quod primam regenerationem strictè sic dictam imprimitur & implantatur, & à nonnullis specialiter vocatur Spiritus fidei. Sed hoc monemus, non nisi analogicè & impropriè per metonymiam causæ s. principii hanc vocari posse fidem; formaliter enim non magis est fides, quam semen arbor, aut ovum est pullus, aut bulbus est flos.* Disp. de regeneratione pag. 434. *Non necesse esse videmus statui, aut etiam posse statui in Infantibus actualem fidem (quod quidam conjiciunt, alii validè asserunt) nisi id ex Scriptura solidè probetur.* Conf. disp. de statu Electorum p. 403. Ipsum problema proponit c. 1. pag. 413. problem. 9. *An infantes electi & fœderati in ipso Baptismo; aut una cum eo, habeant actualem fidem? Resp. Aff. nonnulli & hac hypothesi suffulciunt causam, pædobaptismi contra Anabaptistas. Nominatim ex professo hoc agunt Theologi Augustanæ Confessionis, qui omnibus fœderatis fidem adscribunt, ut videre est apud Lucam Osiandrum fil. in enchir. contra Anabapt. c. 2. q. 1. Nos Neg. 1. Quia fides est ex auditu verbi. 2. Exercetur per actum intellectus rationalis. 3. Per confeßionem se exerit* Rom. 10.4. *Atqui nec sensuum, nec mentis, nec sermonis usum cadit in infantes modo natos.* ℞. in *genere*; Causa erroris fluit, ex *absoluto decreto*, quod multis in locis ingerit *D, Voetius*. Cum enim reprobi à Deo sint rejecti, nihil omnino accipiunt, etiamsi millies baptizentur, ut *Beza* scribit p. 469. *Quos Dominus*, ait, *hoc modo non elegit, etiamsi millies baptizarentur, externo aqua baptismo; illis tamen nunquam fides, aut Spiritus S. donatur, sed justo Dei judicio*

dicio relicti sua culpâ pereunt. Idem pag. 479. resp. ad acta: *Multa millia infantum accipiunt* (baptismum) *qui tamen nunquam regenerantur.* Prædecessorem suum *Bezam* quem *sanctissimæ memoriæ Theologum* vocat *Spanhemius* exercit. de grat. univ. p. 2191. hic minimè relinquit D. *Voetius*, dum non tantum *fœderalem infantum sanctitatem* supponit, sed & genuinam Baptismo *efficaciam* adimit, relictâ solum *vi significativa & contestiva*, eaq; non omnibus baptizatis, sed Electis tantum suis (ex absoluto videlicet decreto) communi. *De sanctitate fœderali* eum supra. 2. audivimus. De *objecto regenerationis* ita loquitur disp. de regen. pag. 437. *Objectum*, ait, *regenerationis est vel immediatum s. primum, vel mediatũ s. secundum aut consequens. Illud est objectum distributim consideratum, singuli scil. electi convertendi: Istud est objectum collectim consideratum, Ecclesia scil. Electorum* Eph. 5. disp. de statu Elect. de 409. *Regeneratio stricte sic dicta & conversio actualis solis electis propria est.* pag. 412. *Gratia interna regenerationis nonnisi infantibus electis competit.* De *efficacia* Baptismi ita sentit c. l. *Nota est Theologorum Reformatorum sententia de efficacia Baptismi non in producenda regeneratione, sed in jam producta obsignanda; ita omnis & tota ejus efficacia, exhibitio & collatio fit per modum signi & sigilli.* pag. 414. *Baptismus ut & alia Sacramenta non sunt causa (moralis scil. instrumentalis) initii, sed continuationis & incrementi divinæ gratiæ in nobis; non adferunt primam gratiam, sed eam inveniunt aut præsupponunt.* Verum harum assertionum falsitas alibi demonstratur.

Hic

Hic *in specie* ad object. 1. Resp. dari secundum, d.... tertium. *Bellarminus* dicit fidem quoque esse *ex immediata revelatione* lib. 1. de Bapt. cap. 11. Nos addimus *verbum visibile*; siquidem & Baptismus per fidem regenerationis causa est in infantibus. Manifestum hujus rei judiciũ est in iis, qui à nativitate fuerunt & muti & Surdi, qui nutibus & signis profitentur fidem, quam didicerunt non externo auditu, sed intus per Spiritum S. quem in Baptismo acceperunt. *Altingius*, quem allegat *D. Voetius* append. disp. de statu Elect p. 425. Theol. Didact. loc. 11. p. 181. ait: *Surdi (in fœdere nati) non modo participes fieri possunt vocationis internæ, verum etiam externæ: non quidem per auditum, sed per visum, quoties Christus crucifixus coram depingitur fidelibus in Evangelio & Sacramentis, ut est* Gal. 3. 1. Quin imo consensu suo approbat C. L. pag. 428. *non deesse, qui opinantur absque verbo externo per analogicum illum signorum sermonem surdis prædicato, Deum internè in ipsis fidem in Christum operari*. *Quo videntur facere*, pergit, *verba Hieronymi in epist. ad Galat. à D. Balduino* lib. 2. cas. cap. 12. cas. 12. citata: *Habet*, inquit, *& anima aures suas, quas qui habuerit, non magnopere indigebit his auribus corporis ad cognoscendum Christi Evangelium.* vide supra §. 10. Ad II. ℞. verbis *Bellarmini*, quæ extant c. L. cap. 9. §. vicesimum quintum: *Licet infantes careant usu rationis, tamen non carent anima rationali, ejusq; potentiis, in quibus Deus per gratiam inhabitare potest & habitat, cum baptizati sunt, ut Augustinus* epist. 57. quæ est ad *Dardanum docet*. Probatur exemplo *Johannis*, qui adhuc in utero repletus Spiritu S. Christum exulta-

Gottes Wille von aller Menschen Seeligkeit in eo totus est, ut diversas & incommodas suorum sententias conciliet. Quia enim Orthodoxi ad *adaequatum vocationis obiectum*, ubi nullam prorsus gratiae divinae disparitatem agnoscunt, etiam infantes referunt, de quibus asserunt, quod *ad unum omnes in Baptismo vera fide donentur, justificentur, adoptentur, ut sint filii Dei & heredes vitae aeternae* Tit. 3.5.6.7. Gal. 3.26.27. Ideo de illis etiam peculiarem format quaestionem *D. Bergius*, quam proponit cap. 19. p. 215. his verbis: Von den kleinen Kindern die in jhrer zarten Kindheit/ehe dan sie noch recht zum Verstande kommen/ dahin sterben/ kan ja nicht gesaget werden/ Gott will/ daß sie zum Erkäntnus der Warheit kommen/ da er sie doch aus diesem Leben hinweg nimbt/ ehe dan sie noch zum rechten Verstande kommen können. Wird derohalben nicht unbillig gefraget/ob dan oder wie ferne Gott wolle/ daß dieselbe dennoch seelig werden. Responsio inprimis hic quaedam *de scopo & intentione* totius tractatus praemittenda. Credunt Ecclesiae Aug. Confess. invar. de vocatione, Deum non Electos tantum, sed & reprobos ad regnum gloriae vocare, nullo *absolutè & simpliciter* vocationis gratia praeterito. Similiter credunt,* Deum quoscunque per verbum gratiae *serio & cum interno beneplacito* vocare, vocatione *naturâ suâ & ex intentione Dei* vocantis non inefficaci, sed efficaci, gratiamque sufficientem ad conversionem & fidem non iis solum concedere, qui actu convertuntur, sed & aliis, qui non convertuntur. Sed quid ad haec *Reformatorum* modernorum Princeps *D. Bergius*? Acceptamus

5. propos. §.3. Tum *Hypotheticis*, qui gratiam quidem universalem admittere videntur, sed faciunt illam tantum eam, quæ sese exerat in *promiscua vocatione externa, prædicatione verbi & Sacramentorum*, ut convertantur & salventur, *si per naturæ vires possint converti & salvari*, & Deus præviderit ipsos per naturam sequi posse & velle, quanquam nunquam ad fidem consequendam sufficientia illis & efficacia media suppeditare constituerit; quales sunt *Moses, Amyraldus, Cameron, Testardus, Ludov. Crocius, Hildebrandus* & novissimè *Ioh. Dallæus* in apologia pro duabus Ecclesiarum in Gallia Protestantium Synodis Nationalibus, altera *Alensone* ann. 1637. altera vero *Carentone* ann. 1645. habitis, adversus *Friderici Spanhemii* exerotationes de gratia universali. Deinde & illud acceptamus, quod *D. Bergius* adfirmet pag. 131. 132. 133. 149. universalem Dei gratiam & voluntatem in Dei decretis prærequiri, & in signis rationis Divinæ primo loco supponendam esse ante considerationem specialium decretorum divinorum, quod rursum opponimus non tantum *veteribus*, sed & *modernis Reformatis*, qui licet distinguant inter gratiam Dei communem omnibus & peculiarem Electis, supponunt tamen præcessisse in divina mente Electionem & Præteritionem, quos actus voluntas benefica subsequatur, alia quæ Electis & præteritis communis, alia vero quæ solis Electis competit, quæque sola salvifica est, seu beatifica. Atque hæc in tantum acceptamus. Num autem in totum nobiscum

 consentiat,

consentiat, merito licet dubitare. Etenim totum hocce institutum suspectum reddit 1. COLLUSIO MANIFESTA cum suis Reformatæ partis socijs, quos laudat in fine tractatus, ac ad ipsorum consensum in hac materia provocat. 2. EXPLICATIO ALIBI TRADITA quando im Unterscheid und Vergleich universam Dei gratiam suspendit atque limitat â prædestinatione absoluta *ex absoluto Dei beneplacito.* Ita enim loquitur n. 64. p. 190. De absoluto decreto quando loquuntur nostrates (Reformati) tum reden sie eigendlich nicht von der Ursach / warumb Gott die Menschen zur gänzlichen Verstockung / oder zur ewigen Verdamnus verworffen: sondern von der Ursach / warumb er sie nicht auch zu solcher Gnaden erwehlet habe / wie die andere / die er für der Verstockung behütet / und in der That gläubig und seelig machet / welches er doch an ihnen nach seiner Allmacht auch wol hätte thun können ? Da sprechen sie / daß dieser Unterscheid und Ungleicheit der Gnaden Gottes / nicht aus Ansehen des Guten oder Bösen / daß er in einem mehr oder weniger / dann in dem andern zuvor ersehen (da sie doch von Natur gleich / und alle unter der Sünden waren) sondern aus seinem freyen Willen und Wolgefallen herrühre. Item num. 64. p. 119. de reprobis sic loquitur: Daß er sie nicht eben zu solcher Gnaden / wie die andern / dadurch sie in der That glaubig und also gewis seelig würden / erwehlet

wehlet hatt/daß stehet allein in seinem freyen/ doch gerechten Willen/ wie vor erkläret. Conf. p. 115. 173. 187. tract. daß die Worte noch feste stehen cap. 19. p. 213. disp. de provid. & prædest. th. 25. Imo in hoc eodem tractatu inquit p. 158. Wann man fraget de mensura gratiæ, warumb ihnen (qui non salvantur) Gott nicht grössere und kräfftigere Gnade erzeiget habe / da bekenne ich gern / es wird auch Niemand leügnen können (Scriptura omnino negat) daß die Ursach allein in dem absoluten, freyen / doch gerechten heiligen Willen Gottes bestehe Conf. pag. 54. 55. 78. 171. 183. 3. DISTINCTIO PERICULOSA zwischen dem algemeinen Gnaden Willen der Berussung / und sonderbahren Gnaden Willen der Erwehlung pag. 152. quæ posterior saltem efficaciter operetut pag. 155. 4. RESTRICTIO LUCULENTA ad tempora N. T. & ad eos, quibus verbum veritatis & salutis annunciatur pag. 36. 49. 50. 5. CONFUSIO INTRICATA distinctorum objectorum, quando in *communi vocationis objecto*, de quo nunc quæstio est, specialem gratiam ponit pag. 56. 57. Atque hinc fluit disparitas & inæqualitas gratiæ circa idem objectum eodem modo & uniformiter sumptum, quod Deus quidem aliquam communem gratiam omnibus dare decreverit, sed non tantam, quâ omnes actu reddantur verè credentes, sicque infallibiliter salventur, cum Christus propriè pro solis Electis puta *absolutè & effectivè*

effectivè mortuus sit, Conf. pag. 42. 107. 109. 142 154. 155. 160. 161. 164, Quod ulterius patet ex illa hypothesi, quando dictum illud classicum 1. Tim. 2. 4. 5. 6. cõtra specialissimã Apostoli *intentionem* & vocis *πάντων naturam* non de singulis singulorum temporum hominibus, etiam illis, qui ante natum Christũ vixerunt, sed tantũ de illis, qui post ejus nativitatem vivunt, *quibus verbũ Evangelii in persona annunciatur*, explicat: cum tamen in textu nulla adjecta sit temporis certe restrictio, ac præterea meritum Christi sese extendat ad V. T. Apoc. 13. Conf. Act. 15. Ebr. 13. quo tempore etiam Deus noster Salvator fuit. Atque ob hanc hypothesin etiam à gratia vocationis excludit *infantes non baptizatos*, de quibus, quando moriuntur, non posse asseri dicit, *quod Deus velit, ut ad agnitionem veritatis perveniant* pag. 215. Verum licet moriantur, tamen adhuc asserimus, voluntatem Dei de salute hominum esse universalem, communem omnibus nulla habita *subjectorum, temporum vel locorum* ratione. Consideremus modo *universalem* prot- Evangelij paradisiaci de semine mulieris contrituro caput serpentis *propositionem* Gen. 3. 15. Animadvertimus ibi *voluntatem Divinam* in omnes homines, in *Adamum & Evam*, nec non in illos, quorum loco steterunt, quique ab illorum uno sanguine prognati sunt, *promptam, æqualem, beneficam*. Nulla hic datur disparitas, quia omnibus acquisita est vita & salus, qui illam perdiderant; licet post-

modum

modum illa beneficia non omnes ſibi & reliquis parta, certisque & ſufficientibus medijs oblata, vera ſibi fide applicent. Id quod non adſcribendum promiſſionis particularitati, ſed malitiæ & incredulitatis vitio. Conſideremus *dulciſſimam Abrahæ factam promiſſionem*, quod *in ſemine ipſius benedicendæ ſint omnes gentes* Gen. 12.3. c. 22. 18. quæ promiſſio non concernebat ſolum probos *Abrahæ* filios, ſed omnes, non ſolum *Iſaacum*, ſed & *Iſmaelem*, imo ſervos ejus omnes, etiam emptos, qui propterea circumcidebantur Gen. 17. 12. 13. ubi juſſit Deus, ut non ſolum vernaculi & filii Iſraelitarum, ſed etiam peregrini in familiis recepti, circumciderentur, qui deinde etiam ad commeſtionem *agni Paſchalis* admittebantur, tanquam vera & genuina Eccleſiæ membra. Etenim tria diſtincta genera hominum in Eccleſia Iſraelitica fuerunt, primo *Iudæi* à Iacobo deſcendentes; deinde *proſelyti*, qui non ſolum doctrinam Iſraeliticam receperunt, ſed etiam iisdem ceremoniis ac legibus uſi ſunt: Et tandem εὐλαβεῖς *religioſi*, qui ſolius *doctrinæ* profeſſione, non autem *ceremoniarum* obſervatione *Iudæis* conjuncti fuerunt. Patet ergo Deum benigniſſimum omnium infantium ſalutem & voluiſſe & deſideraſſe. Nec obſtat eorum ſaluti, quod multi in Eccleſia nati ante ſuſceptionem Baptiſmi è vivis ita volente Deo, avocentur, cum Deus in illis etiam ſine Baptiſmatis uſu, *ſola interna verbi revelatione* fidem excitare poſſit. Non enim alligaſſe Deum *præciſè* gratiam

ſuam Sacramentis, ut extra eadem non poſſit, aut ſimpliciter etiam nolit illam diſpenſare, fatetur *Thomas* part. 3. q. 64. & *Bellarminus* lib. 4. de Chriſt. cap. ult. Atque huc facit axioma Theologicum. *Non privatio Sacramenti , ſed contemtus Baptiſmi damnat. Auguſtin.* lib. 4. contra Donat. cap. 32. & *Bernhard.* epiſt. 77. *Chriſtus baptizat eum, cui humana deſunt officia*, dicebat *Ambroſius* ad Imperatorem *Valentinianum*. Quod etiam confirmat *D. Bergius* p. 220. his verbis , daß der Heyl. Geiſt auch in den Kindern der Glaubigen / Krafft der Verheiſung des Bunds / nach ihrem Mas / wie wol vns unerforſchlicher Weiſe in vnd auſſer der Tauffe dieſes wircket / daß er ſie von der Schuld vnd Fluch der Erbſünde reiniget / und zu Kindern Gottes heiliget : und daß ſie demnach wegen ſolcher Reinigung vnd Heiligung des Geiſtes / nicht unter die Vnglaubige gehören / die wieder gebohren und ſeelig werden. Quod ſi urget *D. Bergius* gentilium Infantes, reponimus, illos non *abſoluto* Dei *decreto*, ſed *juſto* Dei *judicio* damnum ſentire , in quod non *culpa* Dei (qui omnium ſalutem deſiderat) ſed *majorum* præcipitati ſunt, qui fœdifragi facti, non præſtitere fœderis conditionem. Erant vocati in lumbis *Adami*. Sed *Cain & Cham* non præſtitére Infantibus ſuis, quod ipſis erat à Patribus præſtitũ. Et dum ſeſe abſtraxére ab Eccleſia, omnes quoque in lumbis ſuis latentes ſimul abſtraxére , eidemque ſecum maledictioni ſubjecére , quia illis media ſalutis *malitioſè* præcluſerunt.

§. 26. Respondet tamen ad *quæstionem* superius propositam pag. 215. Was die jenige Kinder betrifft/die im Volck Gottes von glaubigen Eltern gebohren werden/antworten wir nichts anders/als daß denselben an Statt des würcklichen Glaubens und Erkäntnüß / dessen sie nicht fähig sein / der auch / so wol als die Busse/ als die Liebe und Hoffnung / als der kindliche Gehorsam / als die Bekäntnüß der Sünden/ oder des Glaubens/eigendlich nur von den Alten/und nicht von solchen Kindern erfordert wird/demnach die Verheissung des Bunds / so den gläubigen Eltern gegeben ist / und auch die Heil. Sacramenta/der Beschneidung im Alten/ und der Tauffe im Neuwen Testament/zu Mitlen der Seeligkeit geordnet sein. Pag. 216.217. Es ist für eine gewisse Regel zuhalten : So lange die Kinder keine wirckliche Sünde / und auch keine wirckliche Busse oder Glauben haben können/daß sie auch noch nicht für ihre eigene Persohn/sondern nur als Glieder und Mittgenossen ihrer Eltern gerechnet werden / und demnach wie sie wegen der natürlichen Gebuhrt die Sünde von ihren Eltern erben/daß sie auch also wegen der Verheissung des Glaubens / und glaubiger Bekäntnuß und Anruffung ihrer Eltern aus Gnaden in Christo theilhafftig sein/ nicht anders / als ob es ihr eigen Glaube / Bekäntnuß und Anruffung wehre: wie *Augustinus* bekennet : *Credunt altero , qui peccavit in altero.*

fide

Fide Parentum purgantur , ut peccato Parentum sunt. Pag. 219. Es ist gantz unnötig/daß man hiebey von dem Glauben der getaufften oder ungetaufften Kindern viel disputirens mache. Dan daß sie keinen wircklichen Glauben/der in Erkäntnuß und Vertrauen zu Gott in Christo bestehet/Alters halben haben können / ist ausser Streit. Pag. 220. So lang sie noch weder eigene wirckliche Sünde/noch eigenen wircklichen Glauben haben können/daß sie noch als Glieder ihrer Eltern zuachten sein/und daher der Eltern Glaube etlicher massen auch ihr Glaube sey/ gleich wie sie auch auff derselben Glauben und Bekantnuß getauffet/auch durch dieselben oder die an ihrer Statt sein/zu seiner Zeit zum wircklichen Glauben und Erkäntnüß sollen gezogen werden. Resp. I. Infantes posse esse capaces *fidei actualis* & motuum spiritualium per operationem Spiritus S. supra confirmatum. Cum enim *Iohannes Baptista* infans poterit ejus esse capax quidni alii aliæve infantes ejus capaces esse possint. Ulterius hoc exemplum non extendimus. II. Quod *fides actualis* tantum ab adultis requiratur est τὸ Κρινόμενον. *Vnus Christus, una fides, unus justificationis modus* sine discrimine *ætatis omnium hominum* Eph, 4. 5. Præter fidem, *medium* quo Christum cum suis beneficiis apprehendimus, nominari nullum potest. Sequeretur duplicem esse *viam* salutis, duplex *medium* apprehendens meritum Christi aliter salvari adultos, aliter infan-

infantes. Tribuit aliâs *D. Bergius* pag. 215. infantibus *indubitatò* regnum cœlorum ex Matt. 19. 14. Marc. 10. 14. Luc. 18. 16. At quomodo illud sine *fide actuali* habere possunt? Tota sanè Scriptura clamat nemini participationē regni cœlorū obvenire, nisi per fidem in Christum, adeo ut in genere adserat, *sine fide impossibile est placere Deo* Ebr. 11. & regnum Dei *quidditativè* consistere dicatur *in justitia, pace & gaudio in Spiritu S.* Rom. 14. 17. quæ pax & gaudium nonnisi ex fide resultat, Rom. 15. 13. III. Ipsa fœderalis promissio *per se* neminem olim vel sanctificabat, vel etiam divino fœderi inserebat. Hoc enim tum demum (*ordinariè*) fiebat, quando masculi octavo die vigore institutionis divinæ circumcidebantur Gen. 15. dist. inter *ipsam gratiæ fœderalis promissionem per se*, & inter *ejus fructum & efficaciam*. Promissio facta erat Judæis in Patriarchis, nec ab eadem *absolutè* ullus eorum exclusus erat. *Fructus salutaris* redundabat tantum ad illos, qui gratiam oblatam non reprobabant, sed media conferendæ gratiæ usurpabant. IV. Non certa, sed valde incerta est. *D. Bergii* regula: So lange sie noch weder eigene wirckliche Sünde / noch eigenen wircklichen Glauben haben können / daß sie noch als Glieder ihrer Eltern zuachten sein / und daher der Eltern Glaube etlicher massen auch ihr Glaube sey. Etenim prius negamus. Siquidem peccatum originale non esse *otiosam* saltem *qualitatem*, fomitem *ἀεργὸν*, torpidum, sed potiùs *fœcundam malam*

lam

lam arborem, malos fructus indies proferentem non tantum in adultis, ſed etiam in Infantibus, teſtatur ipſe Deus Gen. 6. 5. 8. 21. quemadmodum alibi demonſtratur. Quod attinet pœnitentiam, *S. Auguſtinus* eam Infantibus non denegat, cum in eos *averſio* à peccato & *fides* cadat Conf. Joel. 2. 16. quamvis non cum ea mentis reflexione, quæ eſt in adultis. Verba ipſius leguntur lib. 1. de peccat. merit. cap. 19. pag. 253. *Dicet aliquis, quomodo infantes vocantur ad pœnitentiam ? nunquid tantillus poteſt aliquid poenitere ? huic reſpondendum, ſi propterea poenitentes non ſunt, quia ſenſum pœnitendi nondum habent, nec fideles dicendi ſunt, quia ſimiliter credendi ſenſum non habent. Si autem propterea rectè fideles vocantur, quia fidem per verba geſtantium quodammodo profitentur, cur non potius etiam pœnitentes habentur, cum per eorundem verba geſtantium Diabolo & huic ſeculo renunciare monſtrantur ?* V. Quicunq; ſalvatur, fide propria ſalvatur. Fides aliena poteſt alteri corporalia beneficia per preces impetrare, quin & fidem. Salutem autem & filiationem in Chriſto nemo apprehendit, niſi fide propria. Idq; volunt omnes promiſſiones de fide. Huc faciunt verba *Voetij*, quæ habet part. II. diſpp. ſelect. diſp. de ſtatu Elect. pag. 414. *Profeſſio Parentum & nativitas in foedere propriè eſt concomitans ſeu connexum quid (ſi non conſequens ordine naturæ) quod nobis eſt purum putum ſignum indicans, quinam tanquam ſancti & foederati ad Baptiſmum ſint admittendi. Quomodo confeſſio fidei in adultis, nullo*

modo

modo est causa, aut necessarium antecedens prima ingenerationis fidei; sed est interna fidei externum concomitans s. cõseques immo & genuinus effectus (siquidem absit hypocrisis) ex quo nos tanquam signo à posteriori colligimus esse ibi fidem & conversionem. *Dictũ Augustini* supra vindicatũ. Ex quibus omnibus elucescit quæstionis hujus de fide infantium baptizatorum & non baptizatorum momentum. Neq; *extra controversiam* est, Infantes propter ætatem fide actuali, quæ consistat in agnitione & fiducia ergaDeum, non esse præditos, sed ipsum κρινόμενον est. Ætas hic nihil præstat, nec ad fidei generationem requiritur. Est enim in infantibus regeneratio *merè passiva,* quorum intellectus & voluntas à Spiritu S. mutatur per verbum, ut non resistat operationi Sp. S. ULTIMO fidei infantilis *definitionem* postulat *D.Bergius* pag. 219. Wir wollen ihnen gerne Beyfall geben / wen sie uns nur ein definition oder Beschreibung geben / oder aus den Worte Gottes zeigen können / was doch solcher Kinder Glaube sey oder heisse / weil es ja nicht an dem blossen Worte gnung ist / wo nicht die Sache selbst in ihnen ist/ ℞. Concedimus infantium baptizatorum fidem *accidentaliter* à fide adultorum differre, nulli tamen dubitamus, quod verè credant, quoque ea quæ fidem *essentialiter* constituunt, omnino ipsis conveniant. *Iusta fidei definitio,* ait *Calvinus.* lib. 3. institut. (quam scriptis *Reformatorum* communibus accenset *Massonius* part, 1. anat. univ. c, 8. p, 230) cap. 2. §. 7. *nobis*

constabit

constabit si dicamus, esse divinæ erga nos benevolentiæ firmam, certamq; cognitionem, quæ gratuitæ in Christo promissionis veritate fundata, per Spiritum S. & revelatur mentibus nostris & cordibus aßignatur. Altingius quidem in problem. Theol. part 1. p. 195. valde operosus est, ut deneget infantibus fidei actualis *genus, partes, definitionem* ex Ebr. 11. 1. Sed respondet noster *Dn.* D. *Danhawer.* in hodom. Calv. Phant. 11. pag. 3312. *Temerè notitia supernaturalis è baptismo accepta negatur infantibus, quam ijspem Scriptura tribuit* 1. Joh. 2. 14. *non quidem habent notitiam reflexam & dianoaticam; habent tamen apprehensivam. Deinde habent assensum tanto certiorem, quanto minus colluctantem habent rationem, fiduciam verò tanto meliorem, quanto est simplicior. Deniq; hypostasin tanto constantiorem, quanto minus est obnoxia tentationibus.* Addimus infantibus etiam attribui *fidei consequentia*, quæ sine fide esse nequeunt, utpote quod *timeant nomen Domini* Psal. 1115.13. Apoc 11. 8. quod *sperent in Dominum* Psal. 17. 5. quod *laudent Deum* psal. 8. 3. Matth. 21. 16. Apoc. 19. 5. Ultimo competunt quoque infantibus *effecta fidei*, quæ necessario fidem præsupponunt, nec absque fide ulli conveniunt. *Salvantur* enim Matt. 19. 14. Marc. 10. 14. Luc. 18. 16. & *foederis gratiæ* participes redduntur & *benedictionis divinæ* in Christo Gen. 17. 7. Act. 3. 25. Ex his omnibus, mi *D. Bergi*, fidei infantilis descriptionem facilè poteris colligere. Quod si feceris juxta promissum in hac quæstione tuum habebimus consensum.

§. 27. An-

§. 27. *Antithesis* III. *Anabaptistarum est.* Hi non tantum Pædobaptismum in totum rejiciunt. Ita enim Rauff in Colloq. Franckenthal. act. 32. pag. 644. Auff das dritte Stück/ wem der Tauffe nach dem Wort Gottes zukomme und gebühr / antworten wir und glauben / daß denen die Tauffgebühr / denen das Evangelium geprediget / die demselben glauben / Buß thun und von Hertzen annehmen. Hinc contra Pædobaptismum disputant, quasi nihil sit, quam signum externum absque re aliqua significata ac consequenter, *nihil nisi inanis fabula* in Confess. *Faukelio* opposita pag. 263. 278. *S*ed & simpliciter infantibus denegant fidem, cum non sint doctrinæ capaces. Ita enim *Transylvani ministri* in 36. argumentis contra Pœdobaptismum arg. 16. *Si dixeris Infantes fidem habere, novā novæ fidei relevationem in illis demonstrabis, quod ex verbo Dei nunquam probare poteris.* Conf. colloq. Franc. art. 31. pag. 631. *Argumenta Anabaptistarum* adducunt ac solvunt D. *Gerhard.* LL. CC. de Bapt. sect. 3. *Iohann. Asver. Amsing.* in disp. Theol. pag. 195. *Cloppenburg.* in grangræna Theol. *A*nabapt. *Antithesis* IV. Socinianorum est. Hi infantibus fidem penitus derogant. *Socino* lib. de statu primi hom. pag. 311. 327. *Perridiculum* videtur credere infantes & *somnio ægrotantium simillimum.* Idem *libro suasorio* pag. 52. ait: *Quod non pauci, ut saltem infantibus quoq; ritè administrari baptismum posse doceant, illis fidem tribuunt, eosq; in*

 Deum

Deum credere contendunt, perridiculè ab ipsis id fit: cum non solum id affirment, quod cum omni ratione ipsoq; sensu communi pugnat, nec ullum fundamentum in Divinis testimoniis habet; sed etiamsi id verum esset, nihil tamen ad rem faceret: cum ad baptismum ritè suscipiendum simplex in Deum fides non sit satis, sed necesse sit, ut adsit fides in Jesum Christum, id est, ut is, qui baptizari debet, credat Iesum Nazarenum esse Christum, ejusq; doctrinæ adhæreat, ac publicè id profiteatur, quam fidem, si quis Infantibus tribuere, aut inesse posse asserere audeat, stultus meritißimè ab omnibus judicetur. Conf. *Moscorovius* de Bapt. p. 21. *Martin. Czechovicius* errore 12. pædob. p. 132. *Theophilus Nicolaides* & qui instar omnium est *Catechesis Racoviensis* fol. 226. Remoram pleno assensui faciunt, quod ipsorum judicio Infantium fides 1. *pugnet cum omni ratione, omnique sensu communi.* 2. *nullum habeat fundamentum in S. literis.* 3. *quod aqua sit res merè naturalis.* 4. *quod regeneratio in Infantibus fieri nequeat, utpote qui nequeunt distinguere inter dextrum & sinistrum*, Jon. 4. 11. 5. quod *Deus per verbum tanquam per semen incorruptibile solum nos regeneret*, Jac. 1.18. 1. Pet. 1.23. Sed hæc argumenta straminea sunt, ac plane ficulnea. 1. *Rationem* & *sensum communem* hic parum curamus, cum fides nostra *Dei opus sit*. Joh. 6.29 Quod si olim per circumcisionem masculi suscepti fuerunt in fœdus divinum, gratiæque divinæ participes facti, qua etiam *justitiam fid*

ob-

obsignatam esse docet *Apostolus.* Rom. 4. 11. Quidni etiam in Baptismo, qui circumcisioni successit, fides excitari ac conferri possit? Contrarium. §. 5. 6. seqq. demonstratum. 3. Licet *Smalzius* contra *D. Franzium* pag. 289. & 311. *idololatricum* pronunciet, quòd Baptismo regenerationem & salutem adscribamus. Conf. Catech. Racov. min. pag. 197. nos tamen ipsissimam dicimus esse divinam veritatem, Baptismum aquæ esse medium regenerationis & salutis. Etenim ad Baptismum non tantum aqua sed & *S*piritus *S.* concurrit efficacia sua & efficaci operatione, Joh. 3. 5. quem locum contra φλυαρίας *Socinianorum* & *Hugonis Grotii* vindicavi in Anti-*G*rotio pos. 15. pag. 39. seqq. Hinc per Baptismum dona Spiritus S. consequimur, Act. 2. 38. peccata nostra abluuntur, Act. 22. 16. Christum induimus, Gal. 3. 27. purificamur, Eph. 5. 26. regeneramur, renovamur & salvamur, Tit. 3. 5. 1. Pet. 3. 20. 21. Quòd etiam agnoscit *Mart. Czechovicius* & ex parte *Schlichtingius.* 4. Regeneratio non est opus nostrum, sed Spiritus *S.* Ezech. 36. 25. 27. Act. 2. 38. Tit. 3. 5. Dictum §. 18. vindicatum. 5. *Ab unius speciei affirmatione ad negationem alterius* N. V. C. Deus nos alit pane E. non alit nos herbis. Et verbum & *S*acramenta sunt media, quibus Deus in nobis operatur vid. §. 9. Et verbum est *incorruptibile illud semen* ex quo renascimur, 1. Pet. 1. 23. Et Baptismus est *lavacrum regenerationis,* Tit. 3. 5. in quo Deus omnibus

 pro-

promiſcuè citra exceptionem *ſexus*, *ætatis*, *conditionis*, *ſtatus* ex intentione ſuâ gratiam & remiſſionem peccatorum offert, confert & Sp.S. obſignat. Quin imò etiam per *verbum* Deus fidem in cordibus infantium operatur, licet non prorſus eodem modo, ut in adultis *per auditum externum*; tamen *modo ſibi cognito* facit diſcipulos Chriſti perinde ut alias gentes, utut tanquam abſurdum *SmaltZius* diſp. 10. de Baptiſm. illud exſibilet. Etenim & infantes comprehenduntur ſub nomine gentium, quia erant extra Eccleſiam. E. Infantes quoque diſcipuli Chriſti fieri debebant. E. Infantes quoque baptizandi.

§. 28. Antitheſis v. *Arminianorum* eſt. Hi non tantùm pro more ſuo *Pyrrhonico* cum Archi-Epiſcopo *Spalatinenſi* (*Marco Antonio de Dominis*) lib. 7. de Republ. Eccleſ. c. 11. ſect. 5. in medio relinquunt, *an Sacramenta efficiant gratiam; ut & an ſint ſignacula efficacia exhibitiva gratiæ nec ne?* in apolog. cap. 23. quod tamen *Simon Epiſcopius* (quondam Prof. Leid. genuinus *Arminii* diſcipulus, & poſt obitum Præceptoris os Arminianorū dictus, juxta *Joh. Arnold. Corvinum* inter Remonſtrantes erudítiſſimus) diſp. priv. 29. th. 8. diſertè circa Baptiſmum negat his verbis: *Effectus ſive finis Baptiſmi non eſt realis aliqua gratiæ collatio, ſed tantùm ſola divinæ gratiæ & profeſſionis noſtræ ſignificatio.* Sed & pædobaptiſmi neceſſitatem apertè negant in apolog. C. I. pag. 247. eûm *ut præcisè obſervatu neceſſa-*

necessarium, vel ex præcepto Christi, vel ex traditione Apostolicâ, vel aliâ aliquâ certâ atque indubitatâ autoritate tenendum, urgendum aut imperandum esse, & si quis hoc *Remonstrantibus* tanquam intolerandum vitio vertat, id *pro tyrannide intolerabili habendum esse*, proclamant. Conf. *Sim.* Episcop. C. L. corol. 1.2. *Henr. Slat.* declar. apert. fol. 53. *Henr. welsing.* de offic. hom. Christ. *Joh. Geister.* confess. de Bapt. Infant. In specie non obscurè infantium fidem negant in Apologia fol. 87. a. Postquam enim cùm *Adriano Borreo & Jac. Arminio* (cujus vernaculum nomen *Jacobus Hermanni*, fuisse dicitur) in resp. ad artic. 31. art. 13. & 14. oper. *Armin.* pag. 123. nec non *Jac. Uytenbogardo* defens. decr. p. 102. ibidem *pro certo statuerant, quicquid in contrarium Augustinus, aliiq; judicaverint, Deum nullos infantes, sine actualibus & propriis peccatis morientes, æternis cruciatibus destinare velle, aut jure destinare posse, ob peccatum, quod vocatur Originis.* Quod etiam operosè defendit *Stephanus Curcelleus* in quaternion. dissert. Theol. contra *D. Maresium* diss. 2. p. 302. seqq. subjungunt; *falsum de infantibus esse, quod Deus in omnibus iis, ad quos remedium pertinet, justitiam Originalem in Adam amissam per Spiritum S. operari iterum velit, eò quòd illi incapaces sint.* Dn. *D. Hülsemannus* in extent. breviar. cap. 10. p. 133. ait, Arminianos in respons. ad specim. Leidensium pag. 103. *Petri Cunæi* calumniam repetere. Sed quia hoc *Remonstrantes* ibidem nudè & crudè tantum pro-

scribunt, nos etiam illud hic proscribimus. Antithesis 6. WEIGELIANORUM est. Hi non tantùm *Baptismi necessitatem* impugnant, sed & *Baptismo omnem spiritualem efficaciam* derogant, ac *nudam significationẽ* ipsi relinquunt, uti patet ex *Weigelii* part. 1. postill. pag. 31. 74. In specie *de fide infantium* docent: *Infantes fidem ante Baptismum habere, eamq; secum afferre ad Baptismum, unde etiam fidem Baptismum præcedere debere* statuũt. Vid. *weigel.* C. L. pag. 31. 57. 58. part. 2. p. 246. part. 3. p. 63. 95. Rationes *weigelii* examinarunt *D. Nic. Hunnius* in consid. Theol. Paracel. & weig. germ. *D. Thummius* in impiet. weig. *D. Gerhardus* in dispp. de gloria Dei. Antithesis 7. D. LATERMANNI est. Hic non solum indiscretim *Cassandri* consultationem, *ceu librum aureum* æstimat, simulque autor & suasor est omnibus, *ut ipsorum manibus libellus ille teratur* in declarat. apolog. circa finem pag. 106. ubi tamen artic. 8. *Cassander* negat *infantibus conferri fidem per Baptismum*, sed eos recipi in corpus Ecclesiæ ejusdem communi fide docet pag. 82. Infantibus verò *pro fide propria imputari fidem offerentium* asserit pag. 83. sed & laudat illam *Scriptoris de vocat. gent.* sententiam, quod *Infantes ex aliena confessione credant* th. 54. de prædest. quo pacto non suâ, sed aliorum fide promissionis participes fierent. Hauserat hoc sine dubio ex *Præceptoribus Helmstadianis*. Ita enim *D. Conradus Hornejus* disp. 2. sect. 1. de prædestin. th. 20. p. 211. *Nec tantùm prædestinati ita sine dubio sunt*

(loqui-

(loquitur de infantibus in infantia decedentibus) *qui reipsa baptismum consequuntur, sed &, qui Parentum voto & voluntate tantum, cum aliter non possint: Nam ut iis, qui reipsa baptizantur, Ecclesiæ, Parentum & qui baptismo eos offerunt, fides pro propria illorum fide deputatur;* Sic *etiam Ecclesiæ & parentum votum, quoad baptismum, quem consequi nequeunt, destinati erant, pro ipsorum infantium voto ac voluntate à Deo habetur.* Verum ut hypothesis illa de *voto baptismi* baptismum supplente alibi refellitur: ita sententia de *fide vicaria* seu *aliena* supra fuit discussa. *D. Georg Calixtus* doctrinam nostram de fide infantum *novitatibus & erroribus* annumerat in append. ad quæst. de myster. Trinitat. §. 30. quam ita propoluerat *Dn. D. Hulsemannus* C. L. th. 15. *Infantes recipientes baptismum concipiunt & habent justificantem fidem eandem specie cum fide justificandorum cæterorum.* Verum non nova & erronea, sed *veritatis, Scripturæ ac S. Patrum* sententia est, quam *D. Hülsemannus* C. L. confirmaverat ex Gal. 3. 26. 27. Matth. 18. 6. Eph. 4. 5. Rom. 4. 24. ubi parvuli dicuntur justificari *per idem instrumentum, & per eundem modum imputationis ex parte Dei quo Abraham justificatus dicitur.* Addimus; quemadmodum una est Dei gratia, unum Christi meritum, unus Spiritus S. unum verbum in substantia sua consideratum; ita una quoque Spiritus S. salutaris operatio, una fides salvifica, unus justificandi modus *sine discrimine ætatis* omnium hominum

Eph.4.5. Vide sed cum judicio Jesuitam *Honoratum Fabrum* lib. de una fide pag. 49. 50. Agnoscimus quidem *accidentium respectu* discrimen aliquod, quoad actus tũ antecedentes, tum consequentes; interim *per se & natura sui* fides quæ in Adultis est, in parvulis quoque reperitur Conf §. 14. 15. Credunt enim h. e. fiduciam suam in Christum, Salvatorem collocant, quod est fidei justificantis formale. Bene *S. Augustinus* Tom. 7. lib. de nat. & grat. contra Pelag. p. 278. cap. 4. *Hæc Christi gratia, sine qua nec infantes, nec ætate grandes salvi fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur, propter quod gratia nominatur, Justificati, inquit, gratis per sanguinem ipsius.* Et lib. 1. contra duas epist. Pelag. cap. 7. pag. 401. ait: *Imo dicimus vel ante legem, vel tempore V. T. â peccatis fuisse liberatos non virtute propria, sed liberatos esse per sanguinem ipsius Redemtoris, qui unus Mediator Dei & hominum, homo Jesus Christus. Isti autem inimici gratiæ Dei, quæ data est pusillis & magnis per Jesum Christum Dominum nostrum, ideo dicunt antiquos homines Dei perfectæ fuisse justitiæ, ne Christi incarnatione, passione & resurrectione, cujus fide salvi facti sunt, credantur eguisse.* Idem *D. Calixtus* disp. de Bapt. §. 171. ait, *Parentes & Susceptores commodare cor infantibus ad credendum.* At quomodo hi cor ad recipiendum regenerationem & salutem commodare possunt? Sanè non minus alienum est, quempiam alterius fide salvari, quam alterius vita vivere. Repetimus hic quæ idem *D. Calix-*


tus

tur ante hos L. ferè annos proposuerat disp. 10. de præcipuis Christ. relig. capp. th. 35. *De infantibus qui baptizantur, quorum est regnum cœlorum, non dubitamus, quin in eis Spititus S. fidem operetur. Indubitatò enim regenerantur, sanctificantur & adoptantur in filios Dei. At nihil horum fit sine fide.* Nam impoſſibile eſt Deo placere ſine fide Ebr. 11. 6. Quique non crediderit, condemnabitur Marc. 16. 16. Th. 36. *Et manifeſta ſunt teſtimonia*: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu. *Spiritus igitur in baptizatis operatur, ut poſſint remiſſionem peccatorum & regnum Dei accipere. Medium autem quo regnum Dei accipi poſſit, aliud præter fidem in Scripturis non invenimus. M*arc. 10, 15. Amen dico vobis, quisquis non receperit regnum Dei ſicut parvulus, non intrabit in illud Matth. 18. 6. Qui ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis, qui in me credunt. Rom. 4. 11. *dicitur de circumciſione, quod ſit ſignaculum juſtitiæ fidei. Quod ſi infantibus circumciſis tribuitur juſtitia, quæ per fidem eſt, certè ipſa quoq; fides, ſine qua iſta juſtitia non obtingit, tribuetur.* Th. 37. *Non vero diffitemur nos modum, quo fidem vel accipiant, vel habeant, neſcire. Neq; hoc inficiamur de ipſis illis. Nam rationem quoque habent, non tamen ſciunt ſe habere; non effectis, ex quibus eam arguere poſſis, oſtendunt. Laborant quoq; vitio originali, nec hoc ipſum ſciunt, nec quisquam niſi ex Scriptura conſtaret, reſiſceret.* Quod vero attinet *B. Auguſtinum*, is in exam. Concilii Trident. ad can. 13. de Bapt. infantibus


 fidem

fidem *propriam aut eandem specie* minimè admit, sed modum, *consequentia & actum reflexum vel sensum fidei* talem illis derogat, qui in adultis deprehenditur. Ita enim inquit: *Nemo ipse carens & destitutus fide potest justificari & salvari alterius fide.* Rom. 1. Justus enim sua fide vivet. *Scriptura nuspiam tradit alterius fidem, si ego sim sine fide, mihi imputari ad justitiam.* Quam etiam *Augustini* sententiam fuisse ibidem B. *Chemnitius* demonstrat è lib. de peccat. merit. cap. 33. epist. 23. subjungit, *hæc sententia manifestè ostendit, Augustinum non sensisse, parvulos baptizatos regenerari aliena fide vel Parentum, vel offerentium, vel Ecclesiæ, sed quod aliena fides, quæ statuit, promissionem Evangelii etiam ad parvulos pertinere offerat parvulum ad Baptismum, in quo donetur Spiritus S. operans intrinsecè & occultè in parvulo.* Concludimus verbis *B. Lutheri*, quæ occurrunt in catech. maj. p. 541. *Sola fides personam dignam facit, ut hanc salutarem & Divinam aquam utiliter suscipiat. Cum enim hoc in verbis una cum aqua nobis offeratur & proponatur; non alia ratione potest suscipi, quam ut hoc ex animo credamus. Citra fidem nihil prodest, tametsi per sese cœlestis, & inæstimabilis thesaurus esse, negari non possit.*

JEHOVÆ GLORIA!



INDEX




I N D E X

Continens præcipua Nomina Autorum & librorum, quorum in hac Exercitatione fit mentio.

Ca

FINIS.




10-2-3

